





1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.





EXAMEN ERRORIS FORENSIS,

Q V O

0393

26

1645, 5

MODVS VSVRA

R V M,

AD

ALTERVM TANTVM

RESTRICTVS, VSU CENSETVR ABOLITVS.

Divina Patrocinate Triade,

SUB PRÆSIDIO

NOBILIS CLARISSIMI ATQVE AMPLISSIMI

VIRI

DN. IOH. OTTONIS TABORIS,

J. U. D. ANTECESSORIS IN ALMA ARGENTORATENSIVM ACADEMIA ET SENIORIS JURIDICÆ FACULTATIS, MERITISSIMI,

Dn. Præceptoris, fautoris & Patroni æternis obsequiis  
submissè devinciendi,

*Publica & placida disquisitioni submissum.*

Ad diem 10 Septemb.

a

JOHANN-GEORGIO LAYO  
Biberacensi.

*loco horuq, consuetis*

ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS ANDRÆ.

Anno M. DC. XLV.





PERILLVSTRI ET GENEROSISSIMO DOMI-  
no, Domino Casparo Lib. Baroni à Freiberg in Eüsenberg/Alte-  
heim/Almendingen/Wurmdorff & Aesch/ re. S. Caf. Ma-  
jest. Consiliario & inchoi ordinis libere Imperij nobili-  
tatis, districtus ad Danubium, exo-  
rato electo:

NEC NON.

VIRIS

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSVLTISSI-  
mis, Clarissimis atq; Excellentissimis,

- DN. PHILIPPO ANDREÆ Frölich / JC. Celeberrimo & Imperialis Ulmæ Civitatis Advocato, aliorumq; plurium locorum Consiliario dexterrimo,  
DN. SAMUELI HAFFENREFFERO, Philosophiæ & Medicinæ Dd. experientissimo, Imperialis Biberacensis Physico meritissimo,  
DN. JOHANNI LAYEN, Parenti omni filiali obedientia debitaque observantia æternum Colendo:

Hæc de altero tanto paucas pagellas ex devotissimi animi sui impulsu humillimè dicare  
& devovere  
voluit  
dehuit:

Subjctissimus Cliens,

JOHANN-GEORGIUS LAYUS  
Bib.





Consultationis Academica, de beneficio l. 27. §. I. C. de Usur.  
& text. parallelorum

PARS II.

In qua disquiritur: An Justinianea, de modo Usurarum intra alterum tantum cohibendo Legislatio, contrario jure scripto vel non scripto in Imperio Romano abrogata sit,

ARTICULUS I.

Exponit & recenset authores qui diversis licet machinis omnes tamen in abrogationem & expugnationem juris Justiniani de altero tanto usurario, conspirant.

I.



UOD Legislacioni Justinianæ in Universum accidere videmus, ut male cõsulti quidam homines in cõtemptum & despectum divini muneris non erubescant varia effundere scommata. Vide è recentiorib. Anton. Fabr. in Conjectur. & Rational. Autumni Censurã Gallicam in ll. Romanas per tot. Argẽtr. art. 457. n. ult. in Cõsuetud. Britann. Salmas. in libb. de Usur. H. Conr. prafar. ad Tacit. lib. de morib. German. Besold. dissert. de Civit. German. part. I. Cap. 4. n. 22. ubi statuit jus Romanũ ratione, non Imperio nos stringeret. Et quã LL. Justinianæ moribus nostris non sunt approbata, non magis nobis jus facere, quam vel Leonis vel alia Græcæ Nouvelle usu non recepta, per authorit. Rittersh. in proem. Novell. cap. 7. n. 5. Contra quos vide interim Dn. Limneũ lib. 8. I. P. Cap. 8. n. 46. & seqq. Auth. habit. a. C. ne fil. pro patre. Auth. cassa. C. de SS. Eccles. Auth. Gazaros 1. C. de heret. & Manich. Auth. Sacramenta puberum. C. si advers. vendit. Cõstit. Criminal. cap. 218. R. I. Wormatiens. de Anno 1495. sub rit. von Gorttes. lästerern m. p. 31. vers. Demnach ac constit. seqq. Dn. D. Locam. qq. Instit. pr. Treutler. 1. disput. 1. th. 5. lit. a. Idem etiam huic Juris parti quod

E





382  
quod de altero tanto usurarum disponit, accidisse deprahendimus: Licet enim Imp. l. 26. §. 1. in f. & ll. seqq. C. de Usur. ac Novellis parallelis, quibus debitores qui Usuras ad duplum fortis usq; solverunt deinceps a sorte & usuris praestandis liberi esse jubentur: usurpationes atque interpretationes contrarias omni studio praecavere annis sit; praevaluit tamen libido dissentientium, qui partium fortè affectu praecipitati in diversa pleraque discessere.

Nonnulli enim Dd. jura superius adducta de sede Majestatis manifesto perturbant, sacrilegio dicamus, an facinore: praetendentes ea moribus nostris penitus in desuetudinem abiisse. Alij paulo modestiores tot tantisque definitiones Justinianeas determinant ac circumscribunt, limitationibus atque distinctionibus, ut eundem penè, quem illi directè, hi obliquis impetitionibus suis, scopum, abolitionis legum intendisse videantur. De quibus authoribus eorundemque rationibus ideo paulo prolixius acturi sumus, quod in ipsa auctoritatis originaria investigatione error manifestissimus, juxtimq; verù esse effectum illud demonstrari effectui possit, quo dicitur, Doctores quosdà aves imitari, ut enim hæ prævalentem inconsulta facilitate sequantur: sic istos non exploratis rationibus, cum his quorum auctoritate fuerunt percussì, cæca credulitate transire. Ph. Decius Consil. 499. n. 12. Contr. l. 1. §. 6. C. de V. l. E.

2. Et quantum quidem nostra tulit indagatio, inter Exteros primæ abrogationis hujus partes ascribi solent Johanni Petro Surdo Casaliensi. Jcto, nec antiquo admodum ( utpote qui sub finem ferè seculi superioris scripsit ) nec omni exceptione majori: Apud nos autem præcipua auctoritas assignatur P. Frider. Mindano qui lib. 2. de Processibus cap. 71. pag. 506. n. 21. hunc in modum de problemate isto perorat: *Ius scriptum (de altero tanto) ex probabili legitimarum usurarum ratione hodie non attenditur; sed quamdiu mutuum durat, tamdiu præstantur usurae & pensiones, etiam si ad centum vel mille annos duraret obligatio: Solam enim iudicam usurarum flagellationem & nesech damnamus, qua ita usuras usurarum isti uno eodemq; anno, de die in diem de mense in mensem numerant, ut pro centum annis vicenos florenos vel thaleros pensionis loco computent.*

3. Horum duorum auctoritatem (neque enim superioris ætatis utcumq; fortè sint, v. Berlich. 2. conclus. 38. n. 37. vulgo laudantur



tur antesignani alij: nec diligentissimi legum abrogatarum observatores, Philibertus Bugnô & Petrus Guynois, ullius in hac parte abrogationis meminerunt postea cōpures alij sequuti sunt; puta Confulatissimus Ernestus Cothmannus 2. *Confil.* 52. n. 259. ubi *se- re ipsa Frideri verba modo recitata expressit*, Christoph. von Hagen *de Vsur.* cap. 5. n. 128. itemq; n. 162. & n. 230. Anton. Matthæi *Colleg. Pandect.* disp. 30. thes. 25. & alij. Sed & in Gallia jura ista abrogata esse asserere videtur Anton. Mornac. in *Observ. pract. ad l. si non fortem* 26. §. 1. de *Condict. indeb.* inquires: frustra nos in angiportu isto hæere, cum & supra duplum & longe ultra fortis summam atque adeo in infinitum exigi possint à debitore usuræ. Et alibi, in *Commentario ad l. 10. C. de Vsur.* jura ista nihili hodie esse apud Gallos, excurrentibus quippe in infinitum ejusmodi pecuniis annuis, perpetuaque adeo forte, ut ad eam cogi debitor nunquam possit.

4. Alij licet reverentia Majestatis legum, non audeant totam istam legislationem in spongiam immergere: Vim tamen ejus, variis partim limitationibus partim distinctionibus (uti prefati sumus) eludere satagunt, ceu videre licet apud Math. Berlich. 1. *decis.* 30. n. 2. & seqq. In quibus sane omnes reliquas, audacia postulationis, superat illa limitatio, qua dicitur, jura superius adducta vim suam amittere, quoties Vsuræ non tanquam usuræ petuntur, sed tanquam interesse, Berlich. d. n. 2. Quam limitationem etiã, quod mirère, Dn. Carpzov. alias pro vigore istarum legum pronuncians, admittere videtur, *part. 2. Jurisprud. forens. Constit.* 30. *definit.* 28. n. 5. per l. 3. §. 8. de eo quod eero loco. Atqui, (subsumunt alij,) hodie omnes usuræ non ut Vsuræ petuntur sed ut interesse: præter Cothmann. & Hagen supra allegatos, Sichard. ad rubr. C. de Vsur. num. ult. Philipp. Zorer In seinem Bedenken. *quest.* 5. n. 450. & seqq. & *quest.* 12. n. 102. Qua de causa etiam pragmatici junioribus Advocatis hanc instillare cautelam solèt, ut sc. in libellis suis potius ad interesse, quam ad Vsuras restituendas concludant. *Math. Berlich.* 2. *Conclus. pract.* 38. n. ult. Plane ut Poëta ille gallus in mores hujus ævi ludens canit: *On ne prest plus à usure, mais à interest* ant qu' on veur: referète Dn. Arnolde Vinnio *part. 1. Jurispr. contract.* lib. 2. cap. 40. pag. 128. in marg sub lit. A. Idem ergò per limitationem hanc & fallaciam efficitur, quod per superiorem spongiam: nimirum Jura Justinianeã hodie non attendi, sed universas in infinitum usuras exigi posse.

E 2 s. Pol



5. Possent quoque tertia Classis eorum constitui auctorum, qui distinctione quadam rem temperare annuntiantur, sc. ut si creditor per negligentiam quotannis usuras non exegerit, tum usurae ultra alterum tantum ab eo in posterum peti nequeant: si vero eas quotannis perceperit, vel interpellationem semel iterumque adhibuerit, tum illa utcumque duplum excedentes, exigi etiamnum possint. *Qua distinctione ad jus Codicis redditum videtur, ut postea dicemus.* Facitque pro ea quod Surdus has Novellas pro authenticis non habet, quia ab Irnerio non sunt in Epitomen redactae & legibus Codicis subjunctae, ut fieri consuevit quando lex aliqua per Novellas authenticas fuit correctae. *Qua de re in rationibus Surdianis postea uberius tractabimus.*

6. Quod si Virorum horum sane merito suo clarissimorum auctoritati in hoc articulo tantum deferimus ut in Italia, Gallia, Germania & aliis locis textus illos nunquam in foro observatos aut usque adeo circumscriptos fuisse credamus, ut à quovis Creditore facile elidi atque eludi potuerint: Utique haud plus roboris illis attribuendum erit quam Constitutioni Leonis de usu farci-minum; *Novell. 53. P. Guelin. lib. 1. de 1. Noviss. cap. 2. Sagittar. in collar. disput. de jure Comit. Palat. aut ordinat. Polit. Vom jurtin. Gen de An. 1500. 1530. 1548. 1577. tit. 8. de qua vide Gail. 2. Obs. 110. n. 24. Et dissert. nostram de jure obstragij cap. 1. n. 3. aut consulto deputatorum de Anno 86. vide Heig. 2. q. 1. n. 159. aut Constit. Frider. III. de profligandis juris Dd. apud Goldast. art. 5. pag. 167.* Cum enim ipsae leges nulla alia de causa nos teneant, quam quod iudicio populi receptae sunt, l. 32. de LL. (quod postulatum D. Lutherus etiam probare videtur. *In der Antwort auff Caicani Fragen Anno 1518. pag. 114. tom. 1. B. ibi es ist eine Regus das also dann erstlichen ein gesas kräftig sey/ wanns von denen bestätiget würdt die sich darnach richten vnd halten.*) Consequitur frustra Constitutiones eas esse, quae tacito populi consensu in desuetudinem vicissim abierunt. *Mornac. in observat. ad d. l. 32. maxime, cum hic non tantum non usus, sed etiam contrarius usus allegetur, quo casu imprimis procedit dicta regula: quod lex nova usu non recepta viribus careat, & per actus contrarios, spatio decem annorum tollatur. Gail. 2. Observ. 60. n. 4. vel saltem quadraginta annorum, si contra jus introducta sit, & de praesudicio superioris agatur. Idem dict. lib. 2. Observ. 31. n. 3. fac. Novell. 4. praesat. ibi: usu vero*

non a  
quit  
usu,  
utem  
bus,  
quod  
Mag  
semp  
l. 32.  
Scjo  
jus se  
lonie  
repet  
1. dia

Qua  
Ju

1.

com  
stult  
nere  
Cice  
quan  
iam  
tum  
32. d  
fuet  
hibe  
de pr

tatis  
Reip  
asser

17011



396  
non approbatam & Nov. 161. in *prafat.* Fateri enim necesse est, in-  
quit *Aristides Rhetor, Orat. 1. de Rhet.* ubi lege publicata, alio tamen  
usu, qui rerum Magister est, vivitur, fieri hoc maxime, vel quia  
utendo comperitur difficultas, non animadversa à legislatori-  
bus, vel quia tenacior potentiorque malitia sæculi, aut etiam  
quod poena adversus delinquentes adjecta non sit, nec data ulla  
Magistrat. cura, ut fieret, quod lex nova præcipit; in quo ferè  
semper peccatur à nostris (superaddit Mornacius in *Observ. ad*  
*l. 32. de LL.*) sufficiat ergo dicere cum feudista 2. *feud. 11. in fin.*  
Scjō aliter pronunciatum esse. Quid quod alij & contrarium  
jus scriptum hic allegant, affirmantes An. 1512. in *Comitiis Co-*  
*lonienſibus* constitutum esse, ut quam diu solvantur usuræ fors  
repeti nequeat, referente *Dn. Iohann. Iasobo Wisenbach in manifi-*  
*1. diatrib. de muruo.*

## ARTICULUS II.

Quare huic Ddum traditioni non assurgamus: ubi vigor  
Juris Justiniani per varias temporum epochas, ad ex-  
tremum usque, in quo vivimus seculum  
ostenditur,

1. **T**Ametsi vero gravibus istis viris eorundemque sequacibus  
plurimum utique tribuamus & auctoritatem illorum  
comiter observemus, gnari ex sententia Platonis, nullum majus  
stultæ audaciæ argumentum haberi, quam Viris magnis se oppo-  
nere: Referente *Keckermanno lib. 2. Gymnas. Legit. cap. 3.* Atque ut  
*Cicero 1. Tuscul. quest.* ultro fatetur, se auctoritate Platonis frangi  
quamvis etiam nullam rationem afferat: Eodem modo nos etiam  
auctoritate præclarorum nominum non moveamur tan-  
tum, sed & percellamur, *arg. l. 28. de Reb. auth. Iud. possid. l. si adibus*  
*32. de Damn. in fecit. in fin.* imprimis in isto articulo probandæ con-  
suetudinis ubi & uni vel alteri magni nominis Doctōri fides ad-  
hibenda est, per *tradita Bartoli in l. 32. quest. 4. de LL. Mascard. Vol. 1.*  
*de probat. conclus. 426. n. 1. & seqq.*

2. Quia tamen hic constituti sumus in conflictu autori-  
tatis Vmbratiliū Doctōrum dubiæ: & Procerum Præsidumque  
Reipublicæ Legislatoria potestate à Deo Populoque armatorum  
assertionis certæ; non tam personæ honorabili quam legi & rati-  
oni

E 3



tioni terribili deferendum esse arbitramur, arg. l. 3. de Testib. gl. in Cap. ego, verb. quantalibet. dist. 9. Wefenb. Consil. 2. n. 5. fac. l. 30. & ult. de Acquir. vel amitt. Posses. Hartm. Pistor. in Epist. dedic. part. 1. quasf. ibi: Quibus ut etate & magno plurimarum rerum usu, ita auctoritate & eruditione longè me antecuntibus, quid probaretur etsi estimarem plurimi: nisi tamen, cur ita scriberent, ipse etiam intelligerem, & argumentis quibus illi moverentur, mihi idem persuaderent, non assensu, quod non tam auctoritates in iudicando, quam rationum momenta querenda esse existimarem. Hæc ille: Cōferatur Lactant. lib. 2. cap. 8. ibi: oportet & lib. 5. Cap. 20. ibi: in hæretes. Quintil. lib. 10. cap. 1. Senec. cap. 1. de Vita beat. ubi monet, nihil magis præstandum esse, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non quæ eundem, sed quaeritur.

3. Imprimis autem post legum superiore parte inductarum auctoritatem movemur provisione Imperatoria, qua Justinianus securitati legislationis suæ salubriter cavit. Cum enim exacti temporis historia & exemplis edoctus, sagaci animo provideret, homines lucri cupidos mente parum æqua excepturos & laturos esse cancellos, suis legibus eorum avaritiæ defixos: defensionem suarum constitutionum contra Veteratorum technas & usurpationes severa monitione muniendam esse occupandamque censuit. Itaque in Novell. 121. suo & successorum nomine proplam edixit & professus est: Bonum Principem legibus contrarias artes & per fraudem excogitatas confessiones merito aspernari, neque concedere unquam debere ut convalescant: adde in simili l. eos qui 26. vers. in inclinationes C. de Vsur. & textus similes inferius adducendos, ex quibus Dd. nostri colligunt, consuetudinem cui lex resistit nullo unquam tempore introduci posse. Gæd. Consil. 109. per gl. & Cc. in Cap. 1. de Clericis agrot. in 6.

4. Movemur deinde exceptione declarativa, qua idem Imperator indulto suo recentiori, clausulam casuum exclusivam apposuit: uti patet ex Edicto Justiniani 9. cap. 5. Vbi cum exposuisset & argentarios à se petiisse, ne ipsis in mutationibus quibus vitam tolerarent constitutio Novellæ 138. (qua nemini ultra duplum accipere quicquam permittitur, siquidem quantum fors & usuræ faciunt, per solutum sit) obesset: In una tantum specie præteritarum solutionum, & quidem sola, vim dictæ constitutionis cohibuit. Cæterum in reliquis eam legem omnino inviolabiliter

ter etia  
regula  
pos. De  
7. pag.  
gitalle  
& Inst

nuni i  
attine  
abund  
72. leg  
πλφ σ  
minu  
etiam  
sens co  
bitæ f  
ut l. pe  
phus a  
supra  
tione  
pressu  
licon i  
confir  
in fin.  
nò ne  
tantum  
6  
tium i  
contra  
quiden  
nim (t  
Ranc  
quam  
rum d  
Roma  
inter s  
Viri s  
Petrol

ter



ter etiam ab Argentariis, custodiri voluit. Exceptio autem firmat, regulam in contrarium l. ex eo. 18. de testib. l. 28. §. 8. Qui testam. fac. post. Dec. in cap. cum dilecta 4. n. 7. de Confirm. utili. Kubach. brocard. 7. pag. 20. Et qui aliqua de regula eximit, accuratius de cateris cogitasse & statuisse censetur l. questum 12. §. 43. Ver. idemq. de Instr. & Instrum. leg. Hart. Pistor. 2. quest. 27. n. 7. pag. 567.

5. Accedit approbatio eorum Principum qui Justinianum in Imperio sequuti sunt. Nam quod Imperium Orientale attinet, de juris hujus jugi observatione fragmenta Græcorum abunde fidem faciunt: Ita enim in Elog. βασιλικῶν lib. 23. tit. 3. cap. 72. legitur οἱ κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ χρόνον καταβαλλόμενοι τόκοι τῶν δειπλῶν συμψηφίζονται: καὶ μὴ κατὰ πᾶξ ὑφ' ὃν κατεβλήθησαν: h. e. usuræ minutim & diverso tempore solutæ, cum duplo compensantur, etiam si non univærse simul solutæ fuerint. Et in cap. seq. 73. præsens constitutio declarat, usuras particulatim solutas duplum debite sortis non excedere; qua capita Gothof. apposuit tit. C. de Usur. ut l. pen. & ult. efficerent. Idem testatur Scholiastes & Glossographus ad eundem locum. Harmenopuli testimonium nec Mindanus supra citato loco dissimulare potuit, quippe quod in usuali editione Dn. Dionys. Gothofredi ad d. l. 10. C. de Usur. verbotenus expressumprehendisset. Michaëlis Attaliata (qui synopsis Basilicôn Michaëlis Duca Imp. jussu An. ejus Imperij 3. circa AD. 1070. conscripsit) itidem manifesta attestatio extat Synopseos tit. 20. in fin. ibi Ἐὰν οἱ καταβαλλόμενοι τόκοι συμψηφίζόμενοι περισήσασι διπλῶν τὸ κεφάλαιον, παύεται τὸ χρέος: id est: Si usuræ solutæ, cum computantur sortem duplam efficiunt, debitum extinguitur.

6. Quod ad Occidentale Imperium vel saltem Imperantium in illa plaga, sententiam & voluntatem attinet, ausim etiam contra Molinæum (supra citato loco) contendere, ne sub ipsis quidem Gothis hanc legislationis partem eviliuisse: Alaricus enim (ut post historicos docet Cujacius in Epistola ad Emarum Ranconnetum) cum Romanos, quos armis subegerat, præterquam quod legibus Gothorum obligari se molestè ferrent, ceterum dicto audientes cerneret, alias leges Gothis dedit, alias ex Romanorum libris, suo tamen arbitrio decerpi quibus Romani inter se uterentur, facile passus est: Ac in eligendis istis, Aniani, Viri spectabilis eum opera usum ex subscriptione autoritatis, à Petro Egidio, Antuerpiæ primum editæ, liquido constat. Hic ve-

RO





128  
ro Anianus in not. ad lib. 2. sent. Paul. tit. 14. §. 1. diferte eo tempo-  
re scriptis: In pecuniis creditis, cum solutio Usurarum sortem æ-  
quaverit, si quid amplius Creditori datum fuerit, de capite debiti  
subtrahit: si vero & centesima & caput impletum sit, quod ampli-  
us creditor acceperit, reddere eum cogi debitori. Hac Anianus.

7. Quod ad posteriora tempora, restituta per Lotharium &  
Irnerium Legislationis Iustinianæ, attinet: vitio equidem seculi &  
ignorationis bonarum literarum contigit, ut nonnulli Inter-  
pretum textus ff. & Cod. restringere ad usuras unius anni conati  
sint: Verum qui legem 27. §. 1. C. de Usur. & Novell. 121. 130. at-  
que 160. pro abrogatis profiteri ausus sit, ex Veteribus Glossatori-  
bus (Placentino, Hugolino, Petro & similibus,) vix aliquis, neque  
plures ex Interpretibus sæculi posterioris produci poterunt.

8. At hujus & superioris sæculi Dd. ad quos vel maxime  
nobis respiciendum fuerat in probanda contraria sæculi recen-  
tioris consuetudine, patriisque moribus, uno ore calamoque pro  
vigore legislationis Justinianæ decertant: & nominatim post  
Alciat. & cæteros superius allegatos. Cujac. in parat. C. de Usur.  
itemq; in Comment. ad l. 10. C. de Usur. ubi ita scribit: Notandum U-  
suras supra duplum non deberi (altero tanto sorte amplius: Vt si  
fors sit centum usura 200.) (ita locus est supplendus) nihil am-  
plius præstabitur usurarum nomine quia usura æquaverunt sorte-  
m: sed quicquid postea præstabitur sorti (diluenda vel dis-  
pungenda) cedit: igitur in hac specie, si debitor 200. solverit, li-  
beratur tam à sorte quam ab usuris: Itemque in recitatione Co-  
dic. de sent. quæ pro eo quod inter. pag. 1093. lit. D. ubi animosè;  
Usura inquit, sive sit fœnus sive non sit, quacumque ex causa in-  
fligatur, non potest excedere dupli quantitatem. Nam ubi usura  
æquaverint sortem, quod postea usuris supernumerabitur, dedu-  
citur de sorte: ut si pretium sit decem, non potest venditor ex mo-  
ra consequi ultra decem usurarum nomine: denique solutis 20.  
liberatur emptor & à sorte & ab usuris & extinguitur actio pre-  
tj. Et in lib. 3. respons. Papin. ad l. 4. de natur. fenor. Regulariter in-  
quit, ubi usura æquaverunt sortem (ut si fors sit centum, & usura  
jam effecerint centum, quod est duplum h. e. alterum tantum)  
consistunt usura, nec ultra excurrunt. Cujus suæ sententiæ adeo  
securus atq; certus est, ut eam non dubitet definitioni usurae inse-  
rere, in parat. C. de Usur. quam his verbis proponit: usura est redi-  
tus

tus pec-  
pore m  
pecuni  
quod p  
rat. C. f  
dupl  
C. eod. F  
ad deci  
primis  
ibi: Vlt  
ratione  
Tulde  
genter  
ton. Pe  
6s. Bon  
Verb. C  
thes. 23  
9  
Cujac.  
2. lit. E  
mum  
Petru  
Christ  
mia A  
Altor  
rum d  
rator i  
excogi  
la ex l  
cant.  
Consu  
ra resp  
ff. eod.  
passim  
jus pro  
quam  
mis ex



tus pecuniæ creditæ, qui debetur à tempore contractus, vel à tempore moræ, in diem, quo ea pecunia solvatur, vel quo ejus reditus pecuniam h. e. fortem æquaverit: Nam usura ubi æquavit fortem, quod postea usuræ supernumeratur, deducitur de forte. *Er in parat. C. seq. tit. de naut. for. usuræ quæ taxationem habent annexæ duplo finiuntur.* His primipilis accedunt Donellus *ad l. 10. §. 26. C. eod. Hubert. Gifan. & Dionys. Gothofr. Francisc. Raguel. in cõm. ad decif. Iust. in l. 27. C. de Vfur. Hotom. in disp. de Vfur. passim, & imprimis c. 10. §. 11. Weseemb. in Cõment. C. de Vfur. n. 21. Vers. materia, ibi: Ultra sortis quoq; summam usura non exiguntur ad dupli computationem: desinunt igitur & finiuntur postquam sortem æquarunt.* Tuldenius (qui alias abrogationem vel innovationem juris diligenter solet annotare,) in *Comment. ad dict. tit. C. de Vfur. n. 5. Anton. Perez. in parat. ad eundem locum n. 16. Fachineus 10. controvers. 65. Borchhold. in tract. de Vfur. cap. ult. n. 19. & plenius in tractatu de Verb. Oblig. cap. 7. n. 155. pag. 598, & seq. Coll. Iurid. Argent. de Vfur. thes. 23. n. 2.*

9. Eadem docent Interpretes Novellarum, iterum post Cujac. Joachim. Stephanus & Gothofredus (*maxime ad Novel. 121. c. 2. lit. E.*) Rittershusius *parte 3. Nov. 9. n. 6. & seqq.* & qui jus novissimum & moribus usurpatum ex professo se traditurum recepit: Petrus Gudelinus *lib. 3. Iuris Novissimi cap. 3. n. 32. & seqq.* Joan. Christoph. Olhafen. Reipubl. Norimberg. Syndicus & Academiæ Altorfinæ q. Procancellarius, in sua Oratione inaugurali Altorfij Anno 1627. de jure Novell. habita, n. 28. ubi Novellarum de Vfuris summam his verbis inclusit: *De Vfuris hoc Imperator in Novell. 121. & 128. sanxit: Legibus contrarias & per fraudem excogitatas artes merito exulare: Ideoq; si duplum debiti solvatur, nulla ex legibus super sit usurarum exactio: Alterum tantum Saxones vocant. Hac ille. Vbi tamen obiter annotandum, hac phrasi etiam jure Consultos uti, ut in l. 9. ibi: in altero tanto, supra modum legitime usura respondi non tenere, de usuris l. 38. ult. de jur. fisc. l. 42. in fin. & l. 46. ff. eod. l. 9. §. quod illicitè C. de Publican. l. 13. de lib. & posthum. ac alibi passim. Hortens. ad l. 2. §. ult. de eo quod cert. loc. & alij complures hoc jus pro novissimo adducentes, qui nominatim infra allegabuntur.*

10. Ac ne quis clarissima hæcce nomina scholæ potius quam foro alleganda esse ogganniat: Practicos etiam & imprimis ex recentioribus nonnullos adducemus. sic enim generali-

F ter





ter de usu fori testatur Consultissimus & merito suo maximo celebratissimus honoratissimusque, Pratorij Electoralis, Saxoniae Provincialis, quod Lipsiae est, nuper Assessor Senior, nunc Amplissima facultat. Juridic. Ordinarius Magnificus, Dn. Bened. Carpovius in *pract. rer. crim. part. 2. quest. 92. n. 44.* In mutui, inquit contractu adeo certum est Usuras ultra duplum non deberi, ut idem obtineat etiam si expresse aliter conventum fuerit inter contrahentes. Id quod observantia quotidiana in pronuntiando luculenter docet, verbis hisce sententiae inseri solitis: *Es möget ihr doch über das alterum tantum etwas fernere zuentrichten nicht angehalten werden.* Non obstantibus iis quae in contrarium proferunt Surdus, Mindanus & Cothmanus: *Hac dicto loco Carpov. Qui testimonium hoc suum repetit in part. 2. Jurispr. forens. constit. 30. definit. 26.*

11. Particularia de locorum observantia & consuetudinibus testimonia observare licet apud Rodericum *lib. 3. de Annuis redditib. quest. 4. n. 33.* ubi in Hispania etiam in usuris pretij non soluti id procedere potest. De Gallia scribit P. Matthaeus *lib. 4. Hist. de vita Henrici IV. narrat. 4. n. 6. in f. ad marg. quand le sort principal est aliéné, il n'y a point d'usure. pag. 143.* De Italia videndus Johann. Baptista Lupus in *l. curabit. Comment. 1. §. 3. n. 50. & 53. C. de Act. Empt. Vend.* Et nominatim de Ducatu Ferrarisiensi refert ipse Surdus, *dict. Consil. 302.* latam fuisse sententiam ab Alfonso Morello Jcto, & confirmatam à Domino Bonacolla egregio Doctore, quae usuras reduceret ad aequalitatem sortis. De usu judiciorum Saxoniae Berlich. *d. decis. 30. n. 6.* scribit: *Toties in hanc sententiam itum fuisse ut penè infinita allegari possint praepjudicia.* Facit eatenus conclusio *38. part. 2. n. 36.* Veri, sed in materia. ibi: praeterea usurae etiam per intervalla solutae duplum seu alterum tantum excedere non debent. Eoque etiam pertinent priora duo praepjudicia, apud Dn. Doct. Finkelthuf, alias cum ista opinione non proflua faciente, *observat. 40. n. 17.* ibi. *bis dieselbe die Hauptsum̃ erreichet.* De usu fori Marchici consulendus est Joachim. Scheppliz. *ad Consuetud. Marchia part. 4. tit. 1. §. 2. n. 19.* De curiarum Belgicarum & imprimis Frisiae observantia testatur Johann. Sandeus *lib. 3. tit. 14. definit. 5. lit. A & D. hoc sc. jus in foro Frisoru in viridi fuisse observantia, & secundum illud Senatam in suprema Frisorum curia, occurrente casu saepe judicasse.* Eodem modo in Collegiis Jctorum



Actorum pronunciarum ex schedis Dn. Parentis sui observavit Dn. Ortolph. Fomannus Jctus Jenensis cum Dn. Johann. Christoph. Avemannio in posit. inaug. de altero tanto thes. 22. ubi memorat ita pronunciatum fuisse in Scabinatu Lipsiensi Mens. Januar. 1619. Lipsia in judicio provinciali Anno 1614. item ab Hallensibus Anno 1617. & Coburgensibus Scabinis Anno 1619 Quin & quatuor conformes sententias Dn. Scabinorum Witebergensium, Lipsiens. Jenens. Helmstad. latus in causa Honstein contra Wendeleben; nempe das die Landübliche zinsen / höher nicht als sich das capital erstreckt vñ biß die pensiones demselben gleich werden abgeragen seyn/laudat: Insuper thes. 38. Dominos Jenenses nominatim hac formula uti consuevissent commemorans: Vñnd laß sich der Glaubiger mit dem altero tanto vnangesehen die Zinsen particulariter gefallen/billich benügen/ut contral. 10. C. de Vsur. recentiorum Justiniani sententiam ibidem vigere clarius appareret.

12. Quam juris constituti Majestatem observantia forensi die anteriorum & collegiorum quibus de jure respondendi potestas eminenter convenit, cum callidi creditores perpendunt, malunt pecuniam in emptionem reddituum (de quibus postea videbitur) collocare, vel si omnino fenori eam exponunt, cogunt debitorem suum hisce juris beneficiis renunciare: concepta & arctata in sequentem formulam renunciationis clausula: Darwider uns nicht sol schützen oder schirmen / einigerley gnad noch Freyheit der Concilien, Päpß / Keyser / König oder Fürsten / Herren / Stätt / oder desß Landes; gegenwertige noch zukünfftige / noch einige mandata oder befehl / was gestalt oder Schein die hierwider erlangt oder auß eigener bewegnuß außgehen möchten. Desß gleichen einige absonderung oder weisung von einigem Hoff vñd Landgericht noch kein einige appellation, supplication, exception, vñnd das wir wolten sprechen wir weren vmb den halben theyl betrogen / oder hetten das Gest nicht empfangen / oder weren sonst gefährlicher weis hindergangen / vñd darumb restitution in integrum begehrten / oder das wir fürwenden wolten / Die Herren Käufer oder jhr Pflögkinder / wie auch derselben Erben / hetten das Hauptgut ganz wieder eingenommen / Darumb wir jhnen weder Hauptgut noch Zins mehr zugeben schuldig / noch sonst einiger behelff ic. Quæ cautela & renunciatio foret utique otiosa

mo  
xo-  
unc  
Be-  
mu-  
lum  
tum  
a in  
feci  
rner  
s iis  
man-  
petit  
  
Hini-  
muis  
n fo-  
ib. 4.  
fort  
édus  
3. C.  
refert  
fonfo  
o Do-  
dicio-  
sen.  
dicia.  
a. ibi:  
erum  
ra duo  
nione  
aupt,  
Schep-  
n Bel-  
bande-  
viridi  
forum  
legiis  
torum





otiosa & supervacua si jus adversarium contraria consuetudine  
esset reprobatum vel saltem per desuetudinem inumbratum,

13. Quibus sic constitutis, ecquis iudicum tam vacors  
fuerit, ut dubitare auit, num in definiendis eiusmodi controver-  
siis claras Justiniani sanctiones per tot sæcula à Principibus & Ju-  
risconsultis custoditas posthabere velit unius vel alterius Do-  
ctoris, in gratiam clientis contraria adferentis, opinioni vel tes-  
timonio. Ut enim concedamus iudicem probatorum Juriscon-  
sultorū auctoritatem deficiēte juris communis litera tuto sequi:  
*per ea que solito more coacervat Wilhelm. Antonij de rescript. mora-  
tor. conclus. 45. n. 22.* Ita cum lex scripta postulatis Ddum testa-  
gatur, haudquaquam ipsorum auctoritate & applausu permov-  
eri vincive debet, *arg. l. Labeo 7. §. 1. ibi: sed est magnopere me Ta-  
beroniū & ratio & auctoritas movet. de suppellect. leg. Novell. 15. §. 1.  
cap. 1. & quidem præcise Novell. 83. cap. 13. l. 79. §. 1. de iudic. Auth. ho-  
die jurat. C. cod.* Est enim juris minister, & à præscripto legum ne-  
larum quidem unguem debet recedere, *l. nemo 13. C. de sentent. &  
interl. l. ult. C. si contr. jus vel util. publ.* Periculosum enim est lege  
neglecta nudam sequi æquitatem vel auctoritatem eorum qui  
facultatem legis condendæ non habent. Manzius *decad. 2. patro-  
cin. debir. quest. 9. n. 110.* Maxime cum Justinianus in hac ipsa usu-  
rarum causa edixerit, ne cuiquam iudici liceat memoratam au-  
gere taxationem, Occasione consuetudinis in regione obtinen-  
tis, *l. 26. §. 1. Vers. careros autē. C. de usur.* Et iniq; ferāt Imp. si leges  
suas à iudicibus non observari animadvertant. *Novell. 161. in præ-  
fat.* Imo nec rescriptum aut pragmaticam sanctionem velint at-  
tendi, quæ generali juri vel utilitati publicæ adversa esse videat-  
ur, *l. 6. C. si contr. jus vel utilit. Publ.*

14. Accedit & illud, quod cōstitutiones Justiniani naturali  
æquitati (quod & supra monitū) non adversariæ sint; sed cōsentan-  
eæ: Ut enim omnibus in rebus honestus quidam modus servan-  
dus est, non immodica cujusque affectio subsequenda *l. ex damni.  
40. pr. de damn. infect.* Ita vel maxime in Usuris, quæ legibus divi-  
nis & humanis, ut mitissimè loquar, suspectæ & odiosæ sunt. *Au-  
gustin. in Psal. 36. Chrysof. ad cap. 5. Matth. Hieron. ad cap. 18. Ezech.  
Luther. Tom. 7. Ienens. pag. 339. Brentius in Explicat. cap. 22. Exod. Gal.  
2. Observ. 5. Covarruv. 3. resol. 1. Iob. Parlad. 2. rer. quotidianar. 2. Ge-  
neraliter P. Ezech. cap. 18. V. 8. & seqq. quæ Gallicus interpret. ita vertit.*

qui

qui n  
Circa  
recent  
Casib.  
ver. in  
tius m  
tra d  
cum o  
beat, c  
dus au  
nere; d  
supra  
access  
cipali  
tiones  
keltbu

tiam a  
ferent  
gimin  
Cyprin  
res co  
statut  
cessiu  
tur, in  
etiam  
suras  
centio  
part.

stri ob  
usura  
gū sa  
sic n.  
verbi  
ubi c  
fenda  
tur d



qui n' aura rien presté à usure & n' aura point prins de surcroist.  
 Circa quas etiam rarissime ex circumstantiæ attenduntur quas  
 recentiores usuris cautè circumposuerè: de quib. Balduin. lib. 4. de  
 Casib. conscientia, cap. 3. cas. 4. Gerhard. de Magistrat. Polit. §. 232. Ri-  
 ver. in Explicat. Decalog. pag. 371. Heigius 2. quaest. 1. Eoque diligen-  
 tius modus & moderatio legum est custodienda. At si usura ul-  
 tra duplum exiguntur, honestum eam modum omnino excedunt  
 cum creditori cuilibet, quantumvis avido & avaro satis esse de-  
 beat, quod fortis suæ duplum ex usuris consecutus sit, non feren-  
 dus autem veniat, qui supra duplum aut exigere velit, aut reti-  
 nere, inquit Anton. Faber. in rat. ad l. 26. §. 1. de condict. indeb. Et ut  
 supra quoq; ex Hottom. indicavimus, absurdū censuerunt Jcti,  
 accessionem (qualis hoc loco est usura) majorem esse re prin-  
 cipali, & lucrum majus ipsa sorte: qui alias quoque rei persecu-  
 tiones intra duplum ut plurimum coërcuerunt ut ipse Dn. D. Fin-  
 keltshusius annotavit. dict. Observat. 40. n. 2.

15. Quod si etiam Juri Canonico in hac materia, conscien-  
 tiam attinent, non nihil deferendum est, Rittershus. in proem. dif-  
 ferent. pag. 10. Dauth. de testament. pag. 11. med. Reinking. lib. 2. de re-  
 gimine. class. 2. cap. 7. Gilken, ad l. privilegia 12. C. de SS. Eccles. pag. 56.  
 Cyprian. Regner. lib. 1. de injust. quar. leg. cap. I. inter cæteras saluta-  
 res commonefactiones & hæc attendenda fuerit, qua omnia  
 statuta & consuetudines, quæ contra severas prohibitiones ex-  
 cessuum usurariorum inoleverint, ipso jure irrita pronuncian-  
 tur, in Clement. de Vsur. junct. cap. noverit. ext. de sent. excom. Unde  
 etiam Orthodoxi Jcti scribere audent, eos qui ultra duplum u-  
 suras exigunt, in crimen usurariæ pravitatis incidere: vide ex re-  
 centioribus, alios etiam allegantem, Carpozovium. in pract. Crimin.  
 part. 2. quest. 92. n. 42.

16. Novissime persuadere iudicibus constantem juris no-  
 stri observantiam debet, specifica instructio, quâ in hac materia  
 usurarum informantur, jubenturq; ut si consuetudo regionis à le-  
 gû sanctionibus discrepet, illâ omisâ & neglectâ, has sequantur:  
 sic n. præclare monet gravissimus Papinianus, in l. 1. de Vsur. seqq.  
 verbis: Arbitrio iudicis ita usurarum modus ex more regionis,  
 ubi contractum est, constituendus est, ut legem tamen non of-  
 fendat: Consonat l. 10. §. si mandavero. Mandati. Vbi usuræ dicun-  
 tur deberi, quæ legitimo modo, id est intra modum legis frequen-  
 tantur.

ine  
 cors  
 ver-  
 Ju-  
 Do-  
 te-  
 con-  
 qni:  
 ora-  
 estra-  
 mo-  
 Tu-  
 §. 1.  
 he-  
 n ne  
 ut. &  
 lege  
 a qui  
 arro-  
 usu-  
 au-  
 inen-  
 leges  
 n pra-  
 nt at-  
 vide-  
 turali  
 senta-  
 rvan-  
 lamni.  
 s divi-  
 t. Au-  
 Ezech.  
 d. Gal.  
 r. 2. Ge-  
 verit.  
 qui



tantur. Non quæ supra modum legis sunt. Modus autem iste  
usurarum, quod & supra indicatum, imprimis duplex est, docen-  
te *Cujac. ad di. l. 1. de Vsur.* Duplum & Centesima. Duplum; quia  
non potest deberi alterum tantum forte amplius. Itaque si cui  
debeantur centum, & Usurarum nomine tantundem petere po-  
test; Sed si quid amplius solverit, id imputatur in fortem: Vbi usura  
æquaverunt fortem, nihil amplius peti usurarum nomine po-  
test. *Hæc Cujac. d. loc. Vbi addit: hunc modum usurarum etiamnum  
hodie obtinere.*

### ARTICULUS III.

Contrarias auctoritates elevat, eo quod falsa textuum  
interpretatione & lubricâ inductio-  
ne nitantur.

1. Quia vero ad victoriam causæ multum confert adversariæ  
auctoritatis & ratiocinij imbecillitatem detexisse, *Arist. 3.  
Eth. 14. Scalig. in 3. histor. anim. sect. 42. Cujac. ad l. 30. C. de pact. De-  
cian. in apolog. cap. 19. n. 27. add. 1. feud. 4. & ibi not.* exploremus qui-  
bus argutiis, dicam an argumentis, seducti fuerint Doctores ali-  
qui, ut à regio Nomothetas Justinianæ tramite tam facile de-  
flecterent deficerentque. Nam ut initio primum, qui inter cer-  
tos jactatur, authorem, Petrum Surdum audiamus: probe notan-  
dum est, eum quantumcunque animosum, non tamen audere  
jura, parte 1, adducta, aperto Marte aggredi aut liquida sententia  
condemnare; sed obliquis artibus utendo, eadem sublesta inter-  
pretatione trahere ad casum quando usura in anno excederent  
fortem, puta si ad centum singulis mensibus penderentur novem  
vel decem: secus autem esse si plurius annorum usura duplum  
constituerint, Surdi verba 3. *Constit. 302. n. 9.* sic habent: *Quamvis  
sæpe in jure legatur, usuras non posse duplum excedere; tamen  
illud verum est & procedit, in usuris unius anni, illa enim du-  
plum excedere non possunt, gl. in d. l. si non fortem. de Condict. in-  
deb. ubi declarando quid sit duplum, dicit illud continere sortem &  
centesimam vel aliam usuram qua in anno sortem æquet. Sic etiam  
declarat Iason in summario ibid. n. 1. & Bart. in l. usura. C. de Vsur. di-  
cens: usuras non esse indebitas sed convenientes, quando in anno  
fortem non superant; atque ita usuras unius anni considerat, non mul-*



multorum annorum. Accumulat deinde Surdus auctoritatem  
Castr. Salycet & aliorum veterum, repudiata recentiorum expli-  
catione. Sequuntur Veterum interpretationem etiam Navius &  
Barbosa in collectaneis ad. d. l. 10. Berlich, 2. *Conclus.* 38. n. *ult. Vers.*  
*nihil movet.*

2. Verum quia hanc expositionem hodie omnes non tan-  
tum in subidam, sed plane infulsam & erroneam fatentur, pronun-  
ciatu facile est, quid de opinione isthac sit habendum, quae tam  
fragili pedamento insidit. Nam & pueri Jctorum hodie centesi-  
mam usuram definiunt eam, quae centum mensibus sortem æ-  
quat, seu cujus menstrua quantitas centesima pars est, sortis prin-  
cipalis l. 4. §. pro operis. 10. de *navt. fæn.* l. 26. §. *Vers. in trajecturis*. C.  
de *Vsuris*. *Brissou.* 4. *sent. antiq.* 1. quae Græcis dicebatur *ἐπι δραχμῶν*  
cum nimirum drachma menstrua in minam dabatur, unde drach-  
mæ duodecim in annum redibant; *Salmas. de mod. usur. cap. 1. pag.*  
*32. & larsp. pag. 229.* Quia melioribus eruditi auctoribus, didice-  
runt veteres solitos fuisse usuras stipulari in singulos menses,  
*l. lecta. ubi recentiores comm. not. de reb. Cred. Wesenb. in parat. de*  
*Vsur. n. 12. & imprimis Donell. ad l. 16. §. 1. C. de Vsur. prolixè Molinaus*  
*de Vsur. n. 49. & seqq.* Itaque centesimo mense usura conficiebat  
summam sortis. *Donellus ad l. eos, 26. C. de Vsur. ducentesimo de-*  
 *mum duplum sortis, idem ad l. 10. C. eod.*

3. Contraria autem Doctorum explicatio adductis juris  
textibus nullatenus potest applicari (1) propter eorundem ge-  
neralitate, cum supra duplum usuras nec in stipulatum dedu-  
ci, nec exigi posse dicatur, l. 26. §. 1. *de condict. indeb.* quod *Pacius in*  
*Analys. C. de Vsur. n. 10.* sic eloquitur: Postquam per usuras duplum  
quantitatis mutata fuerit solutum, (subaudi quandounque) ili-  
co sistuntur usuræ, nec quicquam amplius debetur. *d. l. 4. §. 1. de*  
*navt. fæn.* restrictionis autem hujus doctrinæ ad annum nullibi  
fit mentio. (2) propter exæquationem cum anatocismo, *d. l. 26.*  
*§. 1.* Eodem enim textu anatocismus & superusurium, ut sic di-  
cam, prohibetur. Usuræ autem usurarum de uno anno intelligi  
non possunt, vel per adversariam explicationem. (3) quia leges  
illæ loquuntur de usura legitima: at hæc olim ad summam erat  
centesima, E. uno anno sortem non potuit æquare. (4) quia su-  
pra centesimas usuras alias ex jure certo stipulati non licuit, *d. l.*  
*26. §. 1. C. de usur.* frustra ergo id per Novellas denuo cautum  
fuisse.

iste  
en-  
quia  
cui  
po-  
ura  
po-  
um  
  
um  
  
aria  
ist. 3.  
De  
qui-  
s ali-  
e de-  
cer-  
tan-  
dere  
entia  
inter-  
erent  
ovem  
plum  
nvis  
amen  
n du-  
t. in-  
em &  
etiam  
r. di-  
anno  
non  
mul-



104  
fuisse (5) quia l. 10. & penult. C. de usur. manifeste hanc fovent sententiam, post ducentos menses, adeoque longissimè ultra annum, Creditorem usuram centesimam petiisse, vid. Donell. ad d. l. 10. C. de Usur. & Duaren. loc. mox allegando. (6) in d. l. 10. intelligitur tempus retardata & protracta solutionis. E. non potest intelligi tempus unius anni. (7) clarissime repugnant tum inscriptiones, tum textus Novellarum, maxime, 121. ibi, ut particulares usurarum solutiones in duplum computentur: quod ita explicat, cap. 1. solvisse diversis temporibus debitores de sorte 500. aureorum 949. aureos: & plane liberari eosdem si solverint mille. Bachov. 2. disp. 3. §. 5. A. que summa uno anno nulla ratione exigi aut solvi, nisi ab hominibus stolidissimis & iniquissimis potuisset. Item Novell. 138. qua superiores leges interpretatur, ut recte cum Cujac. ibid. dicere possimus: Interpretatio Principis vim legum habet l. 4. de Vulg. & Pupill. subst. (8) manifestissime denique contradicunt verba expressa Novellæ 160. ibi: quoquo anno. & cap. 1. in verb. annui redditus, & in verbis: pro universo tempore, que unius anni metis hautquaquam conveniunt. Jungantur fragmenta ea, qua infra suo loco, utp. ad has Novellas pertinentia, recensentur. Denique (9) ipse Surdus absurditatem hujus interpretationis animadvertit, cum fatetur vix evenire unquam ejusmodi casum, ut usura in anno excedant fortem. Leges autem fieri solent super his, non qua raro; sed qua communiter accidunt. l. nam ad ea. §. de LL. Quamquam id postea responsionis loco fingat, accidere in Italia potuisse post bellica tempora, ubi magna pecuniæ fuerit penuria, ita ut quantovis fœnore mutuo sumeretur. At quis non intelligit contractus ejusmodi esse fœneratitios ac ipso jure nullos, quos iterum nemo sanus iniverit, nec Magistratus pertulerit aut in judicando attenderit. (10) Denique quia à recentioribus omnibus probata est hæc explicatio: si usura per partes solvantur, si singulis Calendis singuli aurei, in centenon per pensiones. Cujac. ad d. l. 10. C. de Usur. in fin. Donell. & Raguel. ibid. Duarenus de Usuris cap. 3. Vers. præterea: ubi casum elegantem subjungit. At hæc usura octo demum annis & quatuor mensibus fortem æquant. Wesemb. in parat. de Usur. n. 12. in fin. Quomodo ergo uno anno alterum tantum ista constitutione exaquiri potuit.

4. Sublato hunc admodum futili Dd. argumento & errore, reliqua qua superstruuntur vana & inania esse consequitur,

JURIA



402

juxta illud Arist. 1. Phys. 2. & 3. itemq; 2. prior. 20. quod & Justinianus  
suum fecit. Novella. 8. cap. 1. ubi vid. Gothofr. Eo autem falso præsup-  
posito destructo & corruente, quæ superstructa sunt iridem cor-  
ruere necessum est, veluti subductis tecta columnis. arg. l. nam  
origo. 8. quod Vi aut Clam. l. egi tecum 26. de exceptione rei judic. Card.  
Tuscan. rom. 4. Conclus. lit. F. consil. 513. Licet ergo Surdus n. 9. profi-  
teatur; Malle se gl. Bart. Bald. Castrenf. & Salicet. in Philosophia  
legali primæ classis Jctorum, auctoritatem sequi, quam Moli-  
næ & Lupi. Nos tamen contra manifestum hunc errorem, omni-  
bus auctoritatibus antiquiorem habere debemus veritatem,  
iuxta monitum Arist. 2. Eth. Nicomach. cap. 6. præsertim cum neque  
numero pauciores, neque auctoritate inferiores sapientes sint  
iis, qui desipere maluerunt, ut loq. Scal. Exerc. 3. certe, Veteribus  
Doctoribus facile ignoscendum est, si ignoracione Romanæ an-  
tiquitatis aliquando sunt hallucinati. Vid. idem de causis Latin. lin-  
guæ præfat. fac. 3. Versu: Equidem ita censeo. Fabric. de Orig. Saxon.  
lib. 2. pr. Non tam facile recentioribus, qui veterum opinionum  
inter mortuas reliquias quantumvis melius edocti fovere non  
erubescunt, ut antiquatos errores novis subruant infantiis, sunt  
iterum verba St. aligeri Exercit. 178. sect. 1. Et cum veritati, ut dixi-  
mus, plus sit tribuendum quam ullius opinioni: quid moveamur  
illorum cæcitate, qui nascentem solem ne intueantur oculis  
quodam modo manus obijciunt, maluntque tenebras noctis præ-  
terita subsequi, quam orientis diei lumine perfrui; inquit. Cuiac.  
in præfat. suar. Observ.

5. Nimirum quod Surdus in præfat. Volum. 1. Consiliorum,  
vers. equidem, de aliis enunciauit, hic de ipso met merito quisquam  
usurpaverit: Ea quæ in Responsis dicuntur, non satis habere fidei  
apud prudentes iudices, quod non omnibus semper veritatem  
assequi, sed fucatis & non admodum consistentibus argumen-  
tis, deligendo eam, quæ magis ex re litigatorum esset, senten-  
tiam tueri curæ fuerit: Et quod ipse Cothmannus etiam, ter-  
tio consil. 38. n. 338. ait, experientiam testari, consilia & responsa,  
plerumque amore magis eorum, qui ea petunt, quam veritatis  
& justitiæ veræ concinnari: quomodo etiam Johann. de Castillo.  
tr. de usufr. cap. 41. n. 8. scribit: Doctores in consulendo sapè æris  
magis quam veritatis studio duci. Et hac de fundamento ad versa-  
riorum legali; sequitur usuale; hoc est, quod à consuetudine & mo-  
re regionis deducitur.

G

6. Tam-



6. Tameſſi autem nonnulli Jctorum Germanorum alte-  
ro tibiſine conſuetudinis hic nitantur, aſſerentes: quotidie in  
Germania id uſurpari, ut uſurę continuaę, indefinites & in in-  
finitum exigantur donec debitor fortem integram refundat.  
Quis autem neſcit optimam legum interpretem eſſe conſuetu-  
dinem, arg. l. ſi de interpretatione 37. ubi Mornac. & alij de LL. quę  
id poſſit quod præſcriptio & magis. Federic. de ſen. conſil. 151. in-  
cip. thematale eſt. Card. Tuſc. lit. C. conſul. 809. & idem quod ſta-  
tutum. Lupus alleg. 43. in ſin. Franc. in cap. 4. §. ſtatuumus in ſin. de  
Cleric. non reſid. lib. 6. Tuſc. rom. 2. conſul. 810. per tot. Vnius tamen  
vel alterius debitoris, conſeſſo juris beneficio non utentis, negli-  
gentia, cęterorum rectę utentium vigilantia & circumſpectio-  
ni obſtare & fraudi eſſe non debet. poſt Sichard. & Nattam. Dn. Jo-  
hann. Hermann Stamm, lib. 1. de ſervitut. Perſonal. cap. 1. n. 1. Et plu-  
rimum intereſt an conſuetudo pugnet cum jure ſcripto nec ne.  
Etenim cum dicimus conſuetudinem pro lege cuſtodiendam eſ-  
ſe, illos potiſſimum caſus intelligimus qui non ex jure ſcripto  
deſcendunt; l. diuturnum 33. de LL. Cęterum quando lex expreſſa  
conſuetudini reſiſtit, plura requiruntur ut uſus vincat legem.  
Nam ſi de conſiſtu & collisione prima, legis & conſuetudinis lo-  
quamur, lex neutiquam pro obliterata habenda eſt: licet enim  
multi eę populo id agant, ut legem obliterent: interim tamen in  
judiciis lex conſuetudinem vincit. Cujac. ad l. 9. de Juſt. & Jur:  
Conſuetudinem, inquam, quę nondum obtinuit. l. cum de conſue-  
tud. 34. de LL. contradicito judicio, id eſt, cauſa cognita, cauſa com-  
muniter peracta inter actorem & reum. Ea vero conſuetudo de-  
mum legem abrogat, quę & vetuſtate & contradicito judicio  
confirmatur: alioquin lex vincit conſuetudinem pari certamine:  
quę autem contra legem irrepſit, non vincit legem. Cujac. diſt.  
loc. Nec n. leges tacitę antiquantur Cujac. in Paul. ad Edict. l. 41. de  
Oblig. & Act. & in cap. 2. de Probationib. ubi air: Jus Publicum ratione  
ſuffultum nullam conſuetudinem vincere poſſe. l. 2. C. quę ſit. long.  
Conſuet. Nov. 52. Ita in terminis uſurarum Jctus Papinianus, in  
l. 1. de uſur. Cũ in judicio diſceptatur, uſurarũ modus ex more re-  
gionis, ubi contractum eſt conſtituitur: Ita tamen ut legem non  
offendat: Videndus cum multis allegatis, Henning. Gæden. conſil. 109.  
n. 197. & 203. ubi in hac materia uſurarũ bonum textum eſſe air, in  
heos. 26. §. 1. Verſi. in trajedit. C. de Uſur. ex quo, ſecundum Bald. pro-  
betur



betur, non valere consuetudinem qua super usuris deponeret contra  
jus commune, cap. quia in omnib. 4. in pr. ubi videtur probari, quod  
communis usus & observantia non faciat licitam exactionem usura-  
rum qua jure prohibita est. de usuris. Clement. 1. de Usur. ubi damnan-  
tur omnia statuta & consuetudines quibus praestatur favor ullus exa-  
ctiioni usurarum.

Expendendum omnino Juris & justitiae administris, quod  
in causa usurarum Hieron. Schurf. cent. 2. conf. 50. ad fin. jam sua  
aetate deploravit. In tantum inolevisse usurarum pravitatem, ut  
multi contentur sub praetextu consuetudinis & communis ob-  
servantia excusare non excusanda: non in modicum detrimen-  
tum & dispendium salutis animarum ipsarum, non attenden-  
tes, quod tanto sint peccata graviora, quanto diutius infelicem  
animam detineant alligatam. Idem paulo post: Istis inquit usu-  
rariis opponētibus, proh dolor! hujusmodi consuetudinē, quae nō  
est consuetudo, sed pessima corruptela & bestia devorans ani-  
mas & facultates, dicendum est quod Dominus ait: Ego sum Via  
Veritas & vita: Non dicit: Ego sum consuetudo sed veritas. Jun-  
gatur Philipp. Bonerius de probat. pag. 32. Vers. notandum.

7. Tantum autem abest ut contraria, quae ex diverso alle-  
gatur, consuetudo contradictis judiciis & uniformi observatio-  
ne firmata sit, quemadmodum l. 34. de LL. explicant. Anton. Faber.  
in rat. decid. & Mornac. in observat. ibid. ut plurima praedictorum  
secundum legislationem exempla possint proferri. Quinimo  
licet probetur ab uno vel alio imperito & iniquo Judice legem  
aliquam scriptam non esse attentam: non tamen ideo putan-  
dum est eam a prudentioribus & rectius edoctis non esse obser-  
vandam, §. ult. ibi: quam formam in omnibus provinciis nostris obtri-  
nere censemus est propter imperitiam forte aliter celebratur: Inst. de  
satisdat. ubi Dd. Siquidem hautquaquam non usus l. 2. C. de divers.  
rescript. sed contrarius usus legem tollit. l. 28. de LL. P. Peckius de  
jur. siflendi. cap. 10. n. 10. Schrader. de feud. cap. 12. conclus. 3. n. 7. Inde  
est, quod Justinianus in eleganti & notabili textu l. 53. §. 1. C. de E-  
piscopal. audient. admirabundo similis exclamat & profitetur, se  
nescire quo pacto fuerit factum ut constitutiones anteriores (de  
oleicis ad alias militias transeuntibus loquitur) tam turpiter  
in desuetudinem abierint, cum tamen Imperatores posteriores,  
prios LL. omnino conservare velle videantur, nisi his diserte &

ite-  
ein  
in-  
dat.  
etu-  
que  
in-  
sta-  
n. de  
men  
gli-  
tio-  
i. 10-  
plu-  
e ne.  
n ef-  
cripto  
ressa  
gem.  
is lo-  
enim  
en in  
tur:  
nsue-  
com-  
o de-  
dicio  
nine:  
dift.  
41. de  
atione  
long.  
is, in  
ore re-  
non  
l. 109.  
ait, in  
pro-  
betur





nominatim abrogent. Quod si ex solemnibus aliis nihil facile mutandum est. *l. pen. de restit. in integr. l. 183. de reg. iur.* quanto minus id admittendum est in solenni legislatione *l. i. ult. & pen. C. de LL. l. 33. ff. de LL.* Quamobrem à perito & docto Advocato talem legem in usum revocari nihil impedit. *Obrecht. disp. i. de iudic. thes. 100. & seqq. ex Bart. & Dd. ad l. in criminali. §. §. i. C. de iurisdic. ibid. allegat. Cuiacius ad lib. 22. Digestor. Iuliani ad l. 56. §. i. de furt. ubi hoc exemplificat in actione furti, inquit: cur nulla hodie in foro mentio fiat actionis furti in duplum vel quadruplum, ratio est, quia ex dict. §. i. sententia, malunt actores criminaliter agendo furem ulcisci: qua via electa tollitur Civilis actio in duplum & quadruplum: Verù notandum est, etiam si hodie minus frequententur Civiles furti actiones, atq; ideo quodammodo in usu abolitæ esse videantur, omnibus eligentibus criminalia iudicia: Tamen & hodie si quis malit Civili iudicio agere in duplum vel quadruplum, omisso criminali, non esse repellendum. Hæc Cuiacius. Aliud exemplum vid. apud Carpzov. 2. consil. XI. def. 10. Nec licet iudici modum usurarum excedere prætextu consuetudinis, quæ in ea regione servatur: Mos non servabitur si modum excedat: nec poterit moribus regionis huic modo derogari, qui legitimus est & taxatus. Videt Dn. Carpzov. neutiquam veretur eo casu se Surdo, Mindano & Cothmanno animose opponere, loc. supra adducto *prax. rer. crim. part. 2. quest. 92. n. 44. ibi: non Obstantibus iis que in contrarium proferrunt Surdus, Mindanus & Cothmann.* quemadmodum Mornacij, quoque exclamatio & observatio isto casu nominatim, perstringitur & taxatur, à Guilielmo Masio *cum lib. i. opin. 20. n. 2.* Quamquam Mornacius causam hanc cum redbitus annuis confundere videtur, de quibus part. 3. seorsim agetur.*

#### ARTICULUS IV.

##### Cætera Surdi Argumenta elidit.

I. Detecto ad eum modum erroris fonte, qui partim ex prava interpretatione partim ex prætenfa, sed nondum demonstrata consuetudine suppullulat, rationes adminiculantes etiam excutiendæ sunt, quibus erroneæ huic sententiæ colorem aliquem juris, Surdus conciliare satagit. Et primo quidem argumento, (quia usura sit fructus pecuniæ & temporis utilitas, per  
*l. quod*

*l. quod*  
filio 4.  
tenus  
durat  
nie fr  
nia su  
ram  
natur  
[Que  
malu  
pecu  
non fi  
Medi  
otiosa  
mus S  
præh  
ctione  
non x  
cunia  
ut pos  
terra  
in arc  
nec c  
nem r  
*r. i. de*  
ta ma  
agrot  
fructu  
move  
civilis  
dere,  
*de Vsu*  
*de V. S.*  
quam  
legiti  
respon  
tam u



l. quod si Ephesi 4. in pr. & ibi not. Castr. de eo quod cert. loc. Nat. con-  
 filio 450. n. 14. & usura correspondet usui pecuniarum. E. ea-  
 tenus etiam progredi debere usurarum exactionem, quatenus  
 durat pecunia usus.) Reponi potest: Usuram non recte dici pecu-  
 nia fructum: Nam ut Arist. quoque in Eth. & Polit. docet, pecu-  
 nia sua natura est res sterilis, eoque usura non secundum natu-  
 ram percipitur. Quare & nostri, prudentes dicunt, usuram non  
 natura percipi, sed jure & negotiatione l. 62. de R. V. & ibi A. Fab.  
 [Quem aphorismum more suo sophisticis impugnat argutis Sal-  
 matus lib. de usuris c. 8. pag. 198. & seqq. cum sterilem sua natura  
 pecuniam esse negat (1) quia nulla omnino res dari possit quae  
 non fructum ferat, ne agrotus quidem, quippe qui in reditu sit  
 Medico. (2) quia Jctis illa tantum pecunia dicatur sterilis quae  
 otiosa sit. Ergo suo genere non esse sterilem. Enimvero si ineptissi-  
 mus Sophista attente legisset Aristot. 1. polit. 10. in f. m. p. 392. de-  
 prehendisset argutis istis, cum aliis rationibus, tum hac distin-  
 ctione satisfactum esse: quod pecunia pariat & fructum ferat,  
 non *κατὰ φύσιν*, sed *ἀπὸ ἀλλοτρίων*: quod ipsū & Jcti innuunt, dū pecu-  
 niam per se consideratam sterilem vocant, & infra sterferam,  
 ut post aliās loquitur Hagen. c. 3. de Usur. n. 23. Coniecta enim in  
 terram nunquam germinat, nunquam ullum producit fructum:  
 in arca quoque recondita, atque ad plurimos annos conservata  
 nec crescit, nec fructum ullum parit, ac praeter consumptio-  
 nem nullum ex se praestat usum arg. §. constituitur l. de usufr. l. 1. &  
 t. t. de usufr. ear. rer. can. ratione. dist. 88. Dignus itaque est lycophan-  
 ta maledicentissimus, ut iis vescatur pomis atque oleribus, quae  
 agroti ciente Medico excernunt: cum nec natura alios ille ferat  
 fructus, & levissimus iste gallus in sua κοπρόσσι nihil nisi stercorea  
 moveat canatque.] Si itaque usura non est fructus naturalis sed  
 civilis tantum: sequitur eam plane ex Jct. determinatione pen-  
 dere, & hactenus tantum vicem fructuum obtinere l. usura. 34.  
 de Vsur. l. 3. de Vsur. ear. rer. nec progredi ulterius posse l. usura. 121.  
 de V. S. Certe comparatio fructuum & usurarum hoc loco neutri-  
 quam procedit, quia fructuum nomen naturale est, usurae autem  
 legitimum. Cuiac. ad d. l. 121.

Abi  
D

2. Unde perquam facile ad secundum etiam argumentum  
 respondetur, cum Surdus porro ita concludit: Ubi quid ob cer-  
 tam causam praestatur, id determinari debet secundum causam.

icite  
 into  
 pen.  
 cato  
 leju-  
 de  
 §. I.  
 a bo-  
 ra-  
 ondo  
 qua-  
 Civi-  
 tur,  
 malit  
 non  
 Carp-  
 exce-  
 Mos-  
 ionis  
 Dn.  
 Coth-  
 part.  
 profe-  
 naci,  
 strin-  
 quan-  
 ande-  
 prava  
 mon-  
 etiam  
 m ali-  
 argu-  
 as, per  
 l. quod





*l. scio 10. ub. Dyn. Bart. & Alber. de annu. legat.* Sic dicimus quia fa-  
larium præstatur, pro servitio, eatenus illud dandum esse quate-  
nus durat servitium, *l. per. in f. C. de erogat. milit. ann. l. 1. C. de re  
milit. & sicut cessante causa cessat effectus: Ita vicissim durante  
& non cessante causa, durare nec cessare debet effectus l. semper.  
§. §. negotiatores 3. de jur. immunit. Sign. consil. 135. Tir. aq. in tract.  
cessant. caus. part. 1. n. 17.* Dum ergo debitor utitur pecunia, semper  
Creditor percipit pecunie fructū, *hoc ait Surdus.* Responderi au-  
tem facile potest, distinguendo causam naturalem & absolutam,  
& civili & limitata atque determinata. Hic enim altera regula  
applicanda venit, quod scilicet limitata & ad certum modum &  
tempus restricta usurariam causa, limitatum etiam pariat effe-  
ctum, *arg. l. in agris limitatis. 16. de acquir. rer. domin. l. cancella-  
verat 2. de his qua in testam. delent. Brunor. à Sole, in locis commun.  
verbo caus. n. 9. Gutierrez. lib. 3. pract. quest. 31. n. 7.* In posterum er-  
go debitor utitur pecunia, non tanquam aliena, sed tanquam  
sua, utpote satis caro à se redempta, pretio & lytro.

3. Unde eadem facilitate resolvitur tertia collectio Surdi,  
quod æquitas non patiatur quem aliena re frui, & ex ea fru-  
ctum percipere, *l. curabit. 5. C. de act. empr.* & cum jactura Credi-  
toris locupletari. Siquidem negandum est suum id creditorem di-  
cere posse, quod ipse jam duplo exegerit, *cap. bona fides. 83. de Reg.  
Jur. in 6. Gail. 2. Observ. 13. n. 3.* Cum Jctus Paulus improbum vo-  
cet, qui adversus eam regulam agit, & insuper aliquid exigit,  
*l. si quis dolo. 51. §. 1. de re judic.* Et Ulpian. in *l. locum 3. §. antepen.  
de tab. exhib. doli mali exceptionem adversus ejusmodi exacto-  
rem concedat.* Eaque ratione improbatur tanquam turpe, im-  
probum & non ferendum fœnus eorum, qui cum semel sortem  
receperint, rursus eandem amplius, quam decies ex damnatis  
usuris quarunt, *inquit P. Peckius ad dict. cap. 83. de Reg. Jur. in  
6. n. 1.*

4. Utitur autem Surdus (4) & hoc argumento, quod in an-  
nuis præstationibus non currat præscriptio nisi 30. annorum, quæ  
incipiat ab initio cujusque anni. *l. cum notissimi. 7. §. in his C. de præ-  
script. 30. annor.* adeoque tantum temporis non sit elapsum, quod  
sufficiat ad inducendam prædictam præscriptionem. Ideo posse  
Hebræum (ita vocat Creditorem & Clientem suum, quanquam  
non ignoremus Pontificios & Italicos imprimis Dd. in his ter-  
minis

minis i  
rimum  
Dn. He  
gere. 1  
denda  
prater  
ctioem  
bitum  
de præ  
dici po  
26. Jus  
tio 30.  
qua n  
rum, v  
5.  
manif  
Alexa  
cat &  
las att  
legand  
ad Con  
Justin  
nibus  
tur, &  
gno in  
explic  
quem  
strant  
tershu  
Novel  
Scrim  
modo q  
summi  
E  
semel  
Christ  
rell. m  
corpu



minis inque eo argumento per verecundiam afficitiam ut plurimum ut in designandis Judæis, addito etiam elogio Magnifici Dn. Hebræi: omnium annorum ante decursum, usuras exigere. *Respondetur.* (1) ab annuis redditibus ad usuras non concedenda est argumentatio, *per ea que infra latius dicentur.* (2) & est præterea in argumento fallacia causæ; non enim ulteriori exactioni sola obstat præscriptio, sed etiam legis prohibitio, & ne debitum multoties exigatur. *d. Novell. 121. cap. 2. in fin.* quanquam de præscriptione usurarum in sensu alio & proprio etiã illud (3) dici possit, *cum Raguelio ad l. eos. 26. C. de usur. placuisse in dict. l. 26.* Justiniano ut sublata personali & hypothecaria actione, spatio 30. vel 40. annorum finiatur quæstio usurarum & fructuum: quæ nova constitutio non patiatur superesse quæstionem usurarum, vel fructuum, cum non superfit ulla principalis actio.

5. Et quoniam (5) omnibus Sardi ratiunculis minus quam manifestè obsistit constitutio Justiniani *in Novell. 121. & 138.* ideo Alexandrino ille remedio nodū hunc, cum aliter nequeat, dissecat & dissolvit. *num. 9. Vers. nec attendi debet:* statuens; Ista Novellas attendi non debere, nec contra tot nostros antesignanos allegandas esse. Miror qui non adjecerit illud Bernh. Argentrai *ad Consuetud. Brit. ann. tit. 23. art. 570. rubr.* quem pudet, verbosas Justiniani Novellas jus appellare, quæ scilicet crebris mutationibus instabilitatem, addit etiam stultitiam auctorum, testentur, & aliæ alias revocent, interpellent, abrogent, restituant. Magno insuper argumento gavifurus, si Juliani interpretationem explicuisset, & has sanctiones in ea desiderari animadvertisset: quemadmodum etiam nullis glossatorum annotationibus illustrantur. Non certè Johannis antiqui Glossatoris *fatagente Rittershusio Ann. 1615. recus.* qui nullam de illa mentionem fecit. Et Novellam 138. multi in suis Codicibus desiderari testantur: Scrimgerus nihil præter titulum hunc retulit: *Interpretatio, quomodo qua duplum excedunt usura, non probentur.* Haloander itidem summam duntaxat retulit.

Enimverò qui meminerit Novellas Justiniani non simul & semel promulgatas esse, sed diversis temporibus, scil. ab anno Christi, 538. usque ad annum 547. teste Contio *præfat. in lib. Novell. mortuoque demum Justiniano, dispersas antea, in unum corpus collectas fuisse, nullo certo ordine, nisi temporis forte obser-*



observato. idem *ibid.* Rittersh. u. *s. proem. Novell. cap. 1. n. 18.* Horum inquam, qui meminere, facile agnosceret causam, quare una vel altera Novellarum à Doctoribus Longobardis, Græcæ linguæ qua pleræque scriptæ sunt, ferè ignavis prætermissa sit: *Conius dict. loc.* Eodem nomine nec aliter excusari potest Irnerius, sive quis alius clausularum ex Novellis decerptarum, & Codicis legibus subjectarum, author est, quod in dict. l. 10. C. de usur. nullam more solito subjecerit authenticam. *Conf. Rittersh. part. 3. Novell. cap. 9. n. 10.* Nec ideo tamen constitutioni huic aliquid decedit, cum satis multis juris, & imprimis quidè ff. textibus sustineatur ac confirmetur. Quid quod Epitome ejusdem etiam jam olim circumlata fuit, quam Gothofr. editioni Corporis Glossat. sub fin. tit. C. de usur. adjecit.

6. Nec desunt alia venerande antiquitatis monumenta quibus de Iustiniani enixa voluntate abunde possimus edoceri: qualia P. Pithoeus (*cui etiam restitutionem Novellæ 138. vid. Gothofr. in not. ad rubr. dict. Novell. 138. vel saltem cū Antonio Augustino, debemus, vid. Cujac. ad dict. Novell. 138, ut & Leunclavium lib. 2. notator. 274.*) in appendice notarum ad LL. Mosaicarum & Romanarum collationem Authoris cujusdam veteris, pag. 60. protulit, Constitutionem num. 134. olim insignitam, de partiaris solutionibus usurarum in duplum computandis: Quam tamen Cujac. in Comment. ad Novell. 121. pro paraphrasi illius Novellæ habet nec pigebit ejus verba referre, cum superius rejectam Doctorum explicationem magis magisque confutent: Ita autem habent: *Imperator Iustinianus A. Arsilio (Novell. 121. inscribitur Basilio Prasidi Tarsis: poterit autem ad plures fuisse destinata & emissa.) Quidam mutuatus ab aliquo D. aureos, solvit aliquam quantitatem usurarum: quosdam autem debens, cautionem emisit in D. aureis. Quoniam autem omnis solutio ad nongentos quadraginta novem (949) aureos tandem pervenit, & Creditor dicebat, totum in usuris solutum fuisse, & exigebat sexcentos, qui cautione continebantur, ait lex: Si reliquos quinquaginta unum (51) solverit, ut debitum duplicetur, nihil aliud exigetur, quamvis veteres (ut Anastasius in l. 10. C. de usur.) dixerint: tunc supra duplum non competere debitum, quando ulla solutio in medio contingit. dat. XVIII. Kal. Maj. Belisario. V. C. Consul. hoc est Anno Christi 541. iuxta computat. Gothofr. ad fin. dict. Novell. 121.*

7. Confirmatur etiam (2) Novellarum harum autoritas  
Anti-



Antiquitate Græcorum exemplarium, quæ post alios (nam & Basilea An. 1541, ex officina Hervagiana: & An. 1551, apud Rouillium jam ante prodierat,) Henricus Scrimgerus Scotus ex Bibliotheca Illustris Viri Huldric. Fuggeri Anno 1558. protulit, in quo volumine omnes istæ tres Novellæ ad verbum perscriptæ & expressæ leguntur. *Novell. 121. quidem pag. 313. Novell. 138. pag. 366. & deniq; Novella 160. pag. 787.* Allegantur (3) eadem omnes in indice titulorum ex Regia Gallorum Bibliotheca, à Cujac. in pr. comment. in *Novell. representato: brevior quidem illo, sed aptiore tamen cæteris, in quo Novell. 121. inscribitur de Usuris. Novell. 138. ne usura excedant duplum. Novell. 160. de pecuniis & usuris Civitatum.* Conducit eò (4) *Edictū Iustiniani 9. ad Tribonianum Præfecti.* Urb. de argentariorum contractibus emissum, quod integrū extat inter *Edicta illius.* Et cap. 5. d. *Edicti.* citatur ista cōstitutio hoc modo: Ne ipsi in mutuacionibus nostra opponatur constitutio, quā nemini ultra duplum accipere quicumquam permittimus, siquidem quantum fors & usuræ faciant, per solum sit. Facit etiam (5) mutua istarum Novellarum ad invicem relatio: *Vide Leunclavium d. lib. 2. notator. cap. 274.* Ac tandem eximium pondus his autoritatibus addunt (6) consona Eclogarum loca, aliorumque Græcorum expositiones, quarū, Dn. Gothofr. etiam meminit, in *not. ad Rubr. Novell. 121.* Ut de autoritate harum Constitutionum & sententia Justiniani nemo amplius dubitaverit, nisi qui plane Surdus fuerit, bardus & barbarus.

8. Ex hoc diverticulo redit Surdus in viam, & n. 12. *Vers. confirmo. 6.* hanc rationem adfert: Quod semel iustum fuit iudicatū, ait, non debet ex post facto iniustū videri. *c. factum legitime. 73. de Reg. Iur. in 6. l. in ambiguis. 85. §. non est novum. 1. de Reg. Iur.* At usuræ à principio usque ad certum modum, aliqua ratione in annos singulos sunt permixtæ Hebræis, vel in recompensationem utilitatis, quam sentit debitor ex pecuniæ usu, vel ex damno quod sentit Creditor ex pecuniæ defectu, vel ex alia aliqua causa. E. ex post facto non debent videri iniustæ. *Responsio* iterum est facillima: loquitur enim regula de rebus absolute & toto suo genere legitimis, vel quatenus legitimæ sunt ex definitione scilicet legis: *P. Peckus in Comment. ad d. regul. 73. n. 3.* At usuræ non sunt toto suo genere & in infinitum licitæ & permixtæ, sed modus illa-

H rum



rum multifariam est coercitus, certisque regulis inclusus, ut supra ostensum est; Imò leges damnant uturas, præsertim immoderatas, *Wesemb. in Comment. C. de Usur. n. 31. per l. 26. C. d. t. Menoch. de A. I. E. cas. 358. n. 14.* Adhibenda ergò hic est & opponenda regula contraria, quod permissa ad tempus (dum scilicet infra duplum consistit usurarum exactio) post illud tempus censeantur prohibita: *l. si unus. 27. §. 1. ubi Bald. de pact. cap. ult. §. in aliis. Vers. ff. vero. Vt lit. non contest. Tiraq. de retract. convent. §. 1. gl. 2. n. 44. Card. Tuscus pract. conclus. tom. 6. lit. P. conclus. 299.* qua regula ipse *Surdus* alibi utitur, in tract. de aliment. lib. 5. q. 3. num. 9. & 10. nec non *Consil. 57. n. 9. & consil. 354. n. 18.*

9. Instat, autem ille (7) per aliam regulam: quod tempus non sit modus tollendæ obligationis, *l. obligationum 44. §. 1. Vers. placet aut. de O. & A. Dd. in l. si certis annis 28. C. de pact.* Sed iterum occurrimus simili objectioni pari responsione, (1) quemadmodum in expressione temporis conventionali ea vis est limitationis, ut qui ad tempus obligari voluit, non possit obligatus retineri post tempus, *l. Imperator 8. in fin. de postuland. l. thais. 41. §. in tra 12. de fideic. liberr. Anton. Faber. C. suo de fidejuss. definit. 5. nu. 6.* Ita multo magis determinatio legis hic finem obligationi ponet. Nec (2) tam tempus per se, quam lex determinans, causa est cessationis usurarum: Quemadmodum in simili actio certo tempore coarctata ab iis ipsis legibus, à quibus inducta fuit, ultra tempus illud porrigi & vivere non potest *t. r. de perpet. & temporal. act. Anton. Faber in rat. dub. ad l. 8. §. 1. Negot. gest. ad verba quæ tempore finiebantur, lit. E. Wesemb. parat. quibus mod. pign. vel hypoth. solv.*

10. Pergit ille (8) hunc in modum ratiocinari: Quamdiu ratio legis concedentis militat, tam diu etiam durare debet ejus legis concessio: quia ratio & causa faciendi actum omnem determinant. *Eberhard. in loco à rat. leg. ampl. & generali & in loco sequenti.* At ratio taxationis usurarum, facta ab initio semper deinceps militat. E. & concessio continuo durabit. *Resp.* Præter ea quæ supra de lege determinata & limitata ad nauseam reposita sunt, ad majorem addimus & hanc limitationem, nisi aliud ex fortiore ratione Principi novissimo placuerit: Tunc enim constitutiones posteriores vincunt constitutiones tempore priores, *huic. de Constit. P. P. & ipsarum simul rationes: Siquidem ea amplius*

plius i  
multa  
vid. Ri  
eam p  
& usu  
conco  
sibi de  
quidam  
forte,  
tibus,  
furas s  
n. 3. in  
I  
rioren  
mus ac  
tum se  
tor fin  
bitori,  
iam n.  
mento  
stiniam  
ejus, q  
pæ Cre  
spectu  
tam fu  
tori par  
de hoc

Expl

1. Q  
in vadu  
eorum,  
formid  
armis i  
perfring



407.  
pius inquirendæ non sunt aut invicem committendæ: alioquin multa ex his quæ certa sunt subverterentur, l. & ideo 21. de LL. vid. Ritterh. p. 5. Novell. cap. 10. n. 7. Dicimus præterea ad minorem, eam plane negandam esse, postquam alterum tantum, hoc est & usuræ solutæ sunt: Cum enim Usura Creditori tantum concedatur ad compensationem ejus, quod ipsius interfuit, usu sibi debitæ pecuniæ caruisse, dum eam debitor retinebat l. cum quidam 17. §. si pupillo. de Usur. l. pater. 17. de dol. except. Apparet forte, licet per intervallum, jam soluta, & usuris sortem æquantibus, nullam superesse rationem, quæ posteriores & infinitas usuras sustineat. Novell. 121. cap. 2. fin. Donell. add. l. 10. C. de Usur. n. 3. in fin.

11. Denique & (9) maxime contra Neotericorum & Veteriorem quidem explicationem, n. 14. sic colligit Surdus: Si dicamus ad dupli constitutionem computari, non solvendas tantum sed solutas quoque usuras: Tum fore ut plestatur Creditor sine aliqua sua culpa, quia eo, quod gratiosus fuerit suo debitori, & sortem non exegerit, amitteret usuras. Qua de re etiam n. 16. & 17. multa per discursum disputat. Verum in argumento iterum manifestus est causæ paralogismus: siquidem Justiniano imprimis ratio prohibendi in universum interusurij ejus, quod duplum excedit, non tam posita fuit in respectu culpæ Creditoris non exigentis tempestivè debitum, quam in respectu æquitatis: quod sufficiat sortem cum altero tanto redditam fuisse, & pecuniam rem per se sterilem, tantundem Creditori parturivisse. Cæterum de culpa per moram contracta, ut & de hoc ipso argumento infra uberius sumus dicturi.

#### ARTICULUS V.

Explodit traditionem Dd<sup>um</sup> quod usuræ hodie non ut usuræ sed ut interessè petantur.

1. Quia ergo primus iste impetus præcedentis authorum sectæ, qui manifestaria vi arcem Justinianæ legislationis invadunt, tot machinis reiici retundique potest: Altera classis eorum, qui per cuniculos eosdem succollant, tanto minus est reformidanda: cujus tamen gemina & dispar phalanx, disparibus armis incedit: sed solidis ex superiore Themidos arce pilis, facile perfringi & profligari utraq; poterit. H 2 2. Cum



2. Cum enim Viri docti, qui à contrariis consistunt partibus, ipsimet imbecillitatem superiorum argumentationum animadverterent, iidem neglectis, subtile hoc commentum Iustinianeis objecerunt; quasi moribus hodiernis usuræ non ut usuræ, sed ut interesse seu lucrum cessans & publica lege taxatum petatur: Interesse autem dupli æstimationem posse excedere per l. 3. §. 8. de eo quod cert. loc. probant, *Tuscus & ab eo citat. Bartol. Curt. Ioan. Cagnol. & alij lit. 1. conclus. 313. quæ sic habet: Interesse ad quamcunque summam potest ascendere. Cothman. 2. Consil. 52. num. 261.*

3. Licet autem postulatum hoc magno pragmaticorum applausu receptum sit: Veremur tamen, ne utrumque ejus membrum ad juris principia exactum ægre possit subsistere: Quandoquidem usuræ & interesse tum definitione, tum causis, etiamnum realiter, æquè ut nomine differre cognoscuntur, ut alij usuras ut usuras etiamnum hodie debere & exigi rectius statuant: *Wesemb. in parat. de usur. n. 8. Curtius lib. 3. conject. cap. 29. Aveman. d. disput. th. 24.* Differunt enim uti dictum (1) Definitione: quia usuræ sunt accessio quantitatis propter ejus usum præstanda. *Vinnius disp. 21. de Process. thes. 5.* Interesse non est accessio quantitatis, sed causæ cujusvis alterius, sive illud ipsum quod nobis factio alieno abest, quodque lucrari potuimus. *Idem thes. 10.* seu clarius: id quod interest, denotat propriè æstimationem illius utilitatis, quæ dolo vel culpa alicujus extra rem principalem nobis abest, *ut l. 13. l. 43. de actionib. empt. l. 193. de V. S. Hotroman. ad l. an. C. de sentent. quæ pro eo quod interest.* Usuræ autem eam tantum accessionem rei principalis seu sortis denotant, quæ per se præstanda est propter rei usum.

4. Itaque (2) hæc statim à tempore contractus debentur: Interesse autem demum à tempore commissæ culpæ, *Bachov. 2. disp. 3. thes. 1. D.* Quod ad causam efficientem referri potest. Sed & illa (3) differentia quæ ex materia peti poterat, ex dictis liquet. Nam interesse versatur circa rem cujusvis generis, excepta ea quæ in quantitate posita est, *l. 3. de in lit. jur. l. ult. de peric. & commod. rei vend. Cujac. in recit. C. de eo quod interest. pag. 1093. C. Vultej. lib. 1. Jurisprud. Roman. c. 44. n. 63. Vaud. 2. quæst. 8. Consil. 1. indagat. 21.* Usura autem est ea commoditas & accessio, quæ versatur circa quantitatem. *Idem Vultei. d. loc. n. 67.*

5. Neque



5. Neque hæc differentia sublata est per recessum deputatorum de Anno 1600. §. 60. *Soytel num. 144. pag. 772.* uti nonnulli arbitrantur v. *Henricus Wormelskirchen disput. inaug. Argent. de eo quod interest. thes. 22.* Non enim sequitur : Usuræ hodie quincunces sunt permixtæ propter interesse præsumptum : Ergo differentia usurarum & ejus quod interest sublata est : siquidem ea differentia illo ipso §. fin. confirmatur , *vers. oder aber da dem Creditori.* Quid quod textus ille tantum de casu moræ loquitur, ubi debitor est in mora restituendi pecuniam mutuam : qui sane casus irregularis est, & degenerans à natura usurarum propriæ; *ut supra indicatum.* Nec (2) recte colligitur ; Usuræ in casu moræ assimilantur ei quod interest; ergo toto genere eidem exaquate sunt. Neque de casu moræ hic proprie disceptatur, ut infra in limitationibus loco ultimo indicabitur.

6- (3) Quinimo si maxime hanc exaquationem concederemus, vel sic tamen licentia, ultra duplum petendi illud quod interesse dicunt, nõ erit extendenda; *per generale axiomã Doctõris nostri Jac. Cusacij in parat. C. de naut. fœnor. pr. cum ait: Quæcunque (accessiones ejusmodi) taxationem habent certam, eæ & dupli taxationem & finem habere videntur.* Atqui hoc, quod interesse vocant, habet taxationem certam. Et iterum *in recitat. ad l. 4. ff. de naut. fœn. in lib. 3. Respons. Papin. pag. m. 127.* Usuræ quæ accipiunt taxationem certam, puta finem centesimæ vel bessis vel semessis usuræ, semper duplo finiuntur, id est, ne altero tanto amplius forte inferantur vel debeantur. Denique ubi æquaverint sortem usuræ, quod deinde usuris supernumeratur, imputatur in sortem, minuit sortem, deducitur ex forte, *hactenus Cuiac.*

7. At enim si rem recte æstimare velimus, usura ista de qua hic agimus, propriissimum fœnus est: Definitur enim fœnus à Doctissimis quibusdam Jctis, lucrum illud quod propter causam mutui certis temporibus exigitur. *Post. Hottom. Vultei. d. loc. num. 87. Cuiac. ibidem. Anton. Faber in rational. decid. ad l. 26. §. 1. de post. ibi: distinguenda est usura pecunia credita, quæ nihil aliud est quam fœnus, ab usura pecunia deposita, aut ex alio bonæ fidei contractu debita: Illa enim odiosa est, hæc favorabilior: quippe quæ non quasi fœnus, sed quasi interesse aliquod exigatur, ut in l. socium Co. in fin. pro socio.* Eamque distinctionem recessibus & Constitutio-

H 3 nibus





nibus Imperij novissimis, convenire ostendit, Bern. Graven.  
lib. 2. *pract. conclus. 5. considerat. 1. n. 1. & ult.* Quanquam ergo  
fœneratores prætextu interesse alicujus & simili sub schemate  
fœnus soleant occultare. Bachov. *dict. disput. 3. thes. 1. lit. D. Hotom.*  
*cap. 10. de Vsur. Compilator Volum. 2. Consil. varior. 13. n. 30.* Pru-  
dens tamen Magistratus non usque indulgere debet eorum va-  
fritiei, qui veris usuris & fœnori colores ejusmodi in fraudem  
legum inducunt. Anton Faber lib. 7. *Cod. suo tit. 16. definit. 4. num. 6.*  
sed cum Polyb. lib. 3. Sueton. in Cæsar. cap. 30. & aliis prudenti-  
bus, Vid. Alberic. *Gentil. lib. 1. de Jur. belli. cap. 19.* prætextum à cau-  
sa debet accuratè discernere, nec malitiis ejusmodi hominum  
indulgere aut viam iis aperire, *textus est in l. si fundo. 38. Vers. con-*  
*stitutum. de Rei Vindicat. l. cum hi. 8. §. si cum his 20. ibi. singi enim*  
*poterat. de transact. l. 9. de servit. quia aliquo prohibito, omne il-*  
*lud prohibutum debet ceferi, per quod pervenitur ad illud, cap.*  
*cum quid. de Reg. Jur. in 6. Vivianus in Rational. ad cap. quanquam*  
*2. Vers. sepelientes. de Vsuris in 6.* Nec conveniens est valde officio  
Jurisconsulti ut malitiam laudando & excusando augeat. arg.  
*l. 1. §. 4. de serv. corrupt.* Et specie recti decipiatur aliòsve decipiat.  
Cum alias quoque Virtutibus vitia sint confinia, & perditis  
quoque acturpibus recti similitudo insit. Senec. *Epist. 120. confer*  
*Schurf. loco supra citato.*

8. Sed & alterum illud postulatum, quod interesse ultra  
terum tantum exigi possit, non est simpliciter concedendum.  
Licet enim olim diu multumque dobitatum fuerit, an id quod  
interest etiam ultra alterum tantum debeatur: Justinianus ta-  
men in *l. un. C. de sentent. que pro eo quod inter.* diserte constituit  
de iis casibus, qui certam habent quantitatem, vel naturam, id  
quod interest, dupli quantitatem excedere non debere: id quod  
antea quoque Africanus responderat, in *l. 44. de Act. Empt. Ho-*  
*rom. de Vsur. cap. 10. pag. 785. de quo posteriore tamen Vid. Cuiac.*  
*8. ad African. pag. m. 1157. C.* Atque ita quam plurimi Jcti gra-  
vissimi docent, ut Wesemb. in *Comment. C. de Vsur. n. 31. Vers. ma-*  
*teria. ubi scribit: interesse æquè ut usuras extinguì, postquam for-*  
*rem aquaverit. Addens. l. si tibi. 25. C. de Eviction. l. si fratres. 7. C.*  
*Comm. utriusq. iudic. l. precij. 19. C. mandat. Borch. in Comment. de*  
*Verb. Oblig. cap. 7. n. 152. Perezius in parat. C. de sent. qua pro eo*  
*quod inter. n. 4. post Odofred. Cyn. Barth. Bald. Angel. Castrens. Sali-*  
*cer.*

cer. Cag.  
Trentac  
8. de eo  
tionem  
tur. Vid.  
tra legi  
Confer  
thesa. 1.  
raliter  
est qua  
titatem

9  
Hagen  
te à Dn  
cat, har  
qua ho  
dum n  
iam oli  
certissi  
dem in  
re jure  
tionem  
vinciis  
Argent  
paratic  
institui

I  
clus. 38  
occurr  
unius  
cus ell  
menci  
futata  
sus ra  
tendu  
datur  
de eo q



409  
cer. Cagnol. ad dict. tit. Anton. Matthai Colleg. Cod. disp. 16. thes. 19.  
Trentacinquies in resolut. de intercesse. n. 72. & seqq. ut adeo l. 3. §.  
8. de eo quod cert. loc. ex jure Veteri & per Justiniani Constitu-  
tionem in d. l. un. C. de eo quod inter. correcto, perperam adduca-  
tur. Vid. Anton. Fab. in ration. decid. ad dict. §. 8. vers. & quidem ul-  
tra legitimum: ubi etiam aliorum responsiones ad dict. l. persfringit.  
Conferatur etiam Hortensius & Donellus ad d. §. Ayeman. d. disput.  
thes. 11. Unde Cujacius in recitat. C. ad dict. tit. pag. 1093. D. gene-  
raliter hoc modo concludit: Usura, sive sit fœnus sive non sit, id  
est quacunque ex causa infligatur, non potest excedere dupli quã-  
titate, per l. 26. §. 1. de Cond. indebit.

9. Nec habet quod hic amplius reponat Christoph. von  
Hagen/d. cap. 5. de Usur. n. 229. & 230. Laudatus etiam ea in par-  
te à Dn. Doctore Finkelthuiso observat. 40. n. 15. quam quod di-  
cat, hanc æstimationem itidem ex jure Civili petitam esse:  
quæ hodie ad usurarum nostrarum legitimum & definitum mo-  
dum nulla ratione applicari possit. Cui facile regei potest et-  
iam olim usurarum modum, & maxime à Justiniano, definitum &  
certissimum fuisse l. 26. C. de usur. neque tamen dubitalle eun-  
dem interesse quoque, & quia illud latius patet, multo potio-  
re jure, ad limites dupli revocare. Cum itaque hodie ad taxa-  
tionem usurarum Justinianeam, moribus nostris in multis pro-  
vinciis reditum sit. Vid. Treut. 2. disp. Pandect. 3. thes. 4. Coll. Jur.  
Argent. de usur. thes. 17. tanto minus absonum videri debet, com-  
parationem hic cum Justinianeâ definitione ejus quod interest  
institui: vel potius inductam ab adversarijs diversitatem elidi.

10. Nec fidere huic responsioni voluit Berlichius 2. Con-  
clus. 38. num. ult. Vers. nihil moveat. Itaque aliter huic nodo  
occurrit, cum Surdo statuens: d. l. un. etiam loqui de interesse  
unius anni, quod illud scilicet duplum excedere nequeat; se-  
cus esse si quaratur de interesse plurium annorum. Quæ com-  
mentitia certissimorum juris textuum elusio, jam supra est re-  
futata, & generalitati sermonis omnino refragatur, qui ad ca-  
sus rarissimos sese adstringi nullatenus patitur. Nec admit-  
tendum est, ut per ejusmodi cuniculos, inanis & illusoria red-  
datur Justiniani constitutio, inquit Anton. Faber in d. l. 2. §. 8. lib. C.  
de eo quod cert. loc. add. Coll. Jurid. Argent. de re judic. thes. 17. n. 3.

A R T I C.



## ARTICULUS VI.

& ult. hujus partis secundæ.

Distinctionem Dd. examinat, qui interesse dicitant, an Creditor usuras sollicitè exegerit, an segnior in exigendo fuerit.

1. **A**ltera quæ per cuniculos irrepit Dd. phalâx, præterdit discernendum esse, an creditor usuras statis temporibus diligenter exegerit, an vero in exigendo segnis adeoque ipse in mora fuerit. *Vt hoc casu*, si ex negligentia ipsius creditoris, usuras quotannis non exigentis, ea ad alterum tantum excreverint & ita fortem æquaverint, usuræ ultra alterum tantum peti nequeant: cum imputandum creditori videatur quod tam diu cessaverit. Priore vero casu, si scilicet creditor usuras quot annis acceperit vel debitorem saltem diligenter interpellaverit; tum vero quamdiu mutuum durat, tamdiu præstanda sint usuræ, etiamsi ad centum vel mille annos duraret obligatio. *Finkeltrubius in observar. supra laudata, Berlichius, d. conclusi. 38. circa fin.* Verum si quis penitius rem consideret, in effectu ipsa Antonini decisio *reicta l. pen. C. de Vsur. & ceteris Iustiniani Constitutionibus*, sic retro introducitur: quod an in arbitrio unius vel alterius etiam gravissimi Jurisconsulti, positum sit, equidem valde dubito. Certè supremi ordines Frisicæ cum in suo territorio eam moderationem obtinere vellent, publico Edicto opus esse censuerunt, *uti videre licet apud Iohann. Sandæum 3. decis. tit. 14. definit. 5. Vers. porro. Dn. Wissenbach, d. Mantiff. 1. Quod argumento est, citra manifestam supremæ potestatis intercessionem, privatis iudicibus seu Interpretibus id nequaquam licere.*

2. Quamvis enim eo casu, quo leges tantum videntur contrariæ, posterior quoque ad priorem trahi soleat, *l. 26. & seq. de LL.* Tamen id longe secus est quando leges reverà sunt contrariæ (*ut hoc casu Iustiniani tum Novellæ, tum (si maximè quis eas nō esse authenticas aut receptas cōtendere velit) clarissimus textus in l. 27. §. 1. C. de Vsur. qui ab omnib. agnoscitur. & auctoritatē dd. Novell. valde sustinet in verbis: quorū occasione quædam veteres leges & ultra duplum usuras exigi permittebant. d. legi 10. palam adversantur:*) tum enim posterior omnino vincit & supprimit priorem, *l. 1. §. 13. de*

*Que-*



470  
Questionib. dict. l. ult. de Constitut. PP. Quæcunquẽ enim Lex est posterior tempore, validior est sanctione, ut habet Novell. Valentiniani & Marciani, de matrimoniis Senatorum. in f. tit. 4. pag. 578. Cujacius in lib. 4. quæst. Paul. ad l. 26. de LL.

3. Quod si de observantia unius vel alterius judicij quis contendat: plures è diverso audiet, qui malint utramque sanctionem sublatam dicere quam alterutram. Conf. Molin. de Vsur. num. 48. Anton. Marthæ Colleg. Pandect. thes. 26. Quamvis autem Stuckius, ut supra indicavimus, arbitretur rationem Iuris magis favere Constitutioni Antonini in d. l. 10. de Vsur. quam Iustiniani Novellis. Alii tamen plurimi sententiam Iustiniani longè præferunt, dicentes: Antonini lege subsistente, facile fieri posse, ut vel tardus & malæ fidei debitor, melioris esset conditionis, quam bonæ fidei, & qui semper suâ die pensionem solvisset: Vel acerbus Creditor qui statim usuras exigeret, meliori jure esset, quam liberalis, qui tam avarè & præcisè non egisset: hæc Baldus in Iustiniano pag. 92. quæ ab eodem, non laudato, nuperè, ut alia, mutuatus est Guilelm. Masius libr. 1. singul. opin. cap. 10. num. 22. in fin. Cui consentanea scribit post Donell. ad dict. l. 10. C. de usur. num. ult. & Molin. de Vsur. n. 46. pag. 48. & pag. 127. n. 1005. Bachov. 2. disput. Treutler. 31. thes. 5. lit. A. ibi: & revera iniquum videtur, melioris conditionis esse Creditorem severum, & debitorem morosum: quam exactorem humanum & debitorem qui ad diem usuras exsolvit. Vid. infr. part. 3. limit. ult. ubi de mora debitoris frustratoris scorsim agetur.

4. Est ergo Legislatio Justiniani novissima ejus dignitatis atque utilitatis, ut de ea merito usurpare judices debeant, quod Imperator Justinianus præfatur in Novel. 4. Legem antiquam, positam quidem olim, usu verò nescimus quemadmodum non approbatam, per causas autem semper exquisitas atque necessarias apparentem, rursus revocare & ad Rempubl. reducere, benè se habere putavimus. ¶ Quo autè paragrapho Recessus Imp. de Anno 1512. juri Justiniano derogatum & constitutum sit, ut quandiu usuræ solvantur fors repeti nequeat: fatemur nobis nondum constare. Von Erb vñnd ewigen Zinsen hoc loco non agimus. conf. N. A. in Augspurg de Anno 1530. s. Nach dem auch an erstlichen orten & seq. Itaque merited concludimus

I

cludimus



cludimus cum Treutlero i. disput. i. thes. f. lit. a. Licet jus civile suã naturã mutabile sit: Mutabilitatem tamen istam ( vel potius mutandi arbitrium & facultatem ) non in leguleiorum arbitrio, nec in potentiorum perruptionibus; sed in potestate summi Principis, certa ratione temporibus, quã maxime utilia videntur, Reipubl. accommodantis, consistere debere: sin seus fiat, certam imminere & quidem intrinsecam Reipubl. corruptionem. adde  
Bodin. 4. de Repub. c. 3. n. 425.

Præstantissimo Dn. Respondenti

**N**vm̃ina quò celi, chari quo vota Parentis  
Maxima, quò Patria spes propriumq; decus  
Te rapiunt, alacri pergis contendere cursu;  
Ad metam ut venias vela secunda precor.

Convictori suo per dilecto gratulabundus  
scrib.

Iohannes Schmidt, SScæ Theol. D. Prof. Publ. &  
Conventus Ecclesiastici Præses Argentorati.

Prædior Exercitij directoris

Ad eximium & politissimum Dominum Respondentem, in vitam eius  
Minerã & musas inficet a sollicitantem.

**C**vm turpis lucri insurgant tot ubiq; parroni  
[Quos inter gaudens stercore, claret eques  
Claudius, hoc solo noscendus nomine, quam sit

Ore procax satyrus, reg; SALAX ASINUS.\*

Qui, velut usura censum & patrimonia rodunt,  
Sic cuiusq; boni rodere nomen amat.

Contemptor superum, juris corruptor, iniquus  
Cunctis, nec parcens, bardus, amicitiiis.]

Quidni iustitia moderamina sancta velimus  
asserere, & Themidi ferre paremus open?

Nemo destituit virtutem non vitiosus.

Quisq; bonus signis gaudet esse Dices: ad

Hac tibi, si causam defendes more Leonis,

Læte, suo, reddet, tempore, grata, vices.

\*per meta-  
thesin &  
licentiam  
Salmasia-  
nã, quæ ex  
Cypriano  
ICTO, gen-  
tilipagana-  
que scurri-  
litate effin-  
xit Copria-  
num.

F I N I S.



X 2615889

V077









EXAMEN ERRORIS FORENSIS,  
Q V O;  
MODVS VSVRA  
R V M,

0393.

26

1645.5.

AD  
ALTERVM TANTVM  
RESTRICTVS, VSU CENSETVR ABOLITVS.

Divina Patrocinate Triade,  
SUB PRÆSIDIO  
NOBILIS CLARISSIMI ATQVE AMPLISSIMI

V I R I

DN. IOH. OTTONIS TABORIS,  
J. U. D. ANTECESSORIS IN ALMA AR-  
GENTORATIENSIVM ACADEMIA ET SENIORIS  
JURIDICÆ FACULTATIS, MERITISSIMI,  
Dn. Præceptoris, fautoris & Patroni æternis obsequiis  
submissè devinciendi.

*Publicæ & placidæ disquisitioni submissum.*

Ad diem Septemb.

JOHANN. GEORGIO LAYO  
Biberacensi.

*loco horarum, consuetis*

ARGENTORATI,  
Typis JOHANNIS ANDRÆÆ.

Anno M. DC. XLV.

